Secūdū ē q debet illas triplici pastu pascere. s. verbo doctrine et honeste cōuersationis exemplo et tempali subsidio. ideo dixit xp̄us beato pet⁹ qui fuit pastor ouiū princeps apostolorum. vt habet² io. vl. ter pasce oues meas zc̄ pasce verbo pasce exēplo pasce tēporali subsidio. pasce verbo doctrine: ne esuriētib⁹ subditis sonet cōtra te vox lachrimabili querimoia. treñ. iiii. adhesit lingua lactātis ad palatū eius in siti: paruuli eius pecierūt panē et nō erat q̄ frāgeret eis. qz de multis p̄latis pōt dici illud qd̄ dicit iudas i eplā sua. hi sūt nubes sin aqua doctrine arbores autūnales ifructuose eradicate. videlicet mortue in se ipsis et in subditis. prelatus in se moritur et insubdito qn̄ nō ānūciat ei vt aduertat² a via sua mala. sz dicit² eze. vii. si non ānumciaueris ipio vt aduertatur a via sua mala et ipse i iniq̄tate sua moriat²: sanguinez ei⁹ de manu tua requirā. et si numciaueris ei et nō cōuersus fuerit a via sua impia: liberasti aiaz tuā. prelat⁹ g° debet pascere oues suas verbo doctrine. Item debz eas pascere bono exēplo. vn̄ aposto. i. thi. iii. esto exēplū fideliū. s. subditorum tibi in verbo cū conuersatiōe i caritate et deute. xvii. accipiēs exēplar a sacerdotib⁹. leui. iii. prelati debēt eē lux mūdi. sz possu⁹ dicere q nō sūt lux mūdi sz tenebre facti sūt subditis sup terrā p malā vitā et p malū exēplū qd̄ dāt subditis. vn̄ dolēdū ē. vn̄ dz ysa. xxiiii. sicut popul⁹ sic sacerdos. y° multotiēs peiores sūt sacdotes q̄ laici. ideo bon⁹ p̄lat⁹ dz pascere oues

m i

suas bono exẽplo. Itẽ tẽporali subsidio si necesse ẽ ⁊ si pōt
vñ grego. in decreto. pasce fame moriẽtẽ: si nõ pauisti oc-
cidisti. sꝫ multi sũt qui tẽporali subsidio subditos suos nõ
pascũt sed potius eoꝝ bona rapiũt vñ pascũt semetipsos.
vñ isa. iii. dicit dñs. dissipastis vineã meã rapina paupũ i
domo vrã. s. ad pascẽdũ vos. sꝫ sicut dic̃ eze. xxxiiii. ve pa
storibꝯ qui pascebãt semetipsos: nõne greges a pastoribꝯ
pascũtᶻ. lac comedebatis ⁊ lanis cooperiebamĩ ⁊ qd̀ cras-
sũ erat occidebatis ⁊c̃. postea sequitᶻ. cũ austeritate ipe-
rabatis illis et cũ potẽtia et iõ disperse sũt oues mee: eo
ꝙ nõ essꝫ pastor. s. bonus. ⁊ facte sũt in deuoratõnẽ oĩm be
stiarũ agri. Hic tanguntur duo vicia q̃ maxime cõtraria
sunt prelatis ecclesie scilicet cupiditas et austeritas.
Nam nec austeri nec crudeles debent esse prelati: sed be
nigni. Nec cupidi sꝫ largi. ⁊ debent pascere oues suas si
pñt subsidio tẽporali. ❡ Terciũ: qꝛ debẽt eos diligẽter et
fideliter custodire. vñ iiii. re. xx. custodi virũ hũc: ꝙ si lap
sus fuerit: aĩa tua ꝓ aĩa eiꝰ erit. vere diligẽter debes cu-
stodire. vñ psal. nõ dormitabit. s. ꝑ tediũ. neqꝫ dormiet per
negligẽtiã qui custodit israhel. et lu. ii. d̃r ꝙ pastores per
qᵒs sigĩficãtᶻ prelati erãt ĩ regiõe eadẽ vigilãtes ⁊ custo-
diẽtes vigilias noctis sup gregẽ suũ. ❡ Qrtũ ẽ: qꝛ dꝫ de-
solatos cõsolari ⁊ ĩquos corrigere. vñ apo. thessa. iiii. cõso
lamĩ pusillanimes corrigite ĩquietos patiẽtes estote ad
ad oẽs. ⁊. i. thi. v. argue peccãtes corã oĩbus: vt ceteri ma
gis timeãt. ❡ Quitũ ẽ: qꝛ dꝫ sepe ꝓ ouibus suis orare. vt
christꝰ pastor bonꝰ orauit ꝓ discipulis suis. vñ io. xvii. ego
ꝓ eis rogo nõ ꝓ mũdo: sꝫ ꝓ his quos dedisti michi. et moi
ses bonus pastor orauit ꝓ populo israhel. vñ exo. xvii. cũ
aũt moises manꝰ suas leuabat ad celũ vicebat israhel et
apo. ii. thi. iiii. p̀dica verbũ ista oportune ĩportune arguꝫ
obsecra ĩcrepa in oĩ patiẽtia ⁊ doctrina. ❡ Sextũ ẽ: qꝛ dꝫ
sac̃mẽta ecc̃ie eis dispẽsare. vñ mat. x. ĩfirmos curate mo-
tuos suscitate leprosos mũdate demões eicite g̃tis acce-
pistis g̃tis date. ❡ Septimũ ẽ: qꝛ beĩgnũ ⁊ affabilẽ dꝫ se o-
uibꝰ suis oñdere. vñ eccl. iiii. cõgregatõni pauperũ affabi-
lẽ te facito declina pauperi sine tristicia aurẽ tuã. poste-
ea sequitᶻ. rñde illi pacifice ĩ mãsuetudine. ❡ Scdꝫ ẽ videᶻ

quõ dꝫ oues suas cognoscẽ.ℓte ipse dꝫ cognoscẽ cõscienti-
as eoꝝ. qꝛ alio mõ nõ põt eas curare nec bñ eis cõsulere. qꝛ
medic⁹ ñ põt bñ ĩfirmũ curare nec ei bonũ cõsiliũ dare: ni-
si cognoscat egritudinẽ suã. et io bñ dꝛ pu. xvi. agnosce di-
ligẽt' vultũ pecoꝛis tui. et puer. xii. dꝛ ꝙ iust⁹ nouit aĩas
iumẽtoꝝ suoꝝ. veꝛe ipẽ dꝫ libẽt' eas cognoscẽ. i. diligere di-
cit glo. ¶ Terciũ ẽ videre quõ pastoꝛ ab ouibꝫ suis cogno
sci². Et sciẽdũ ẽ ꝙ ꝑ dilectionẽ tũc oues pastoꝛẽ suũ cogno
scũt: qñ vere eũ diligũt. sꝫ oues bone qñ hñt pastoꝛẽ bonũ
. i. ꝓlatũ bonũ ipẽ dñt eũ totis visceribꝫ coꝛdis diligere et
in oĩbꝫ ei et ꝑ oĩa obedire. et h° ẽ qd dicit apo. hebꝛe. xiii.
obedite pꝛepositis vꝛis et subiacete eis: ipsi ei puigilãt tã
ꝗ rõnẽ reddituri ꝑ aĩabus vꝛis. Rogem⁹ ihũm chꝛistũ vt
det pastoꝛibꝫ nr̃is ita nos custodire et pascẽ ⁊ cognoscere
et nos eos ita cognoscẽ. i. diligere: vt nos ⁊ ipsi possimus
in fine ad pascua paradisi ꝑuenire. qd nobis pꝛestare ꝛc.

Dñica ẜa post octauas pasche. sermo vicesimusnonus.

Mulier cũ parit tristiciã hꝫ qꝛ venit hoꝛa eius: cum
aũt pepit filiũ iã nõ meminit pꝛessure eius ꝓpter
gaudiũ qꝛ natus ẽ hõ in mũdũ. io. xvi. ¶ Per istã similitu
dinẽ oñdit dñs ꝙ tristiciaꝫ hẽrent de sua passiõe discipuli
ei⁹. et qꝛ sciebat ꝙ illa tristicia verteret' i gaudiũ i sua re
surrectõe: iõ dixit. modicũ et nõ videbitis me et iterũ mo
dicũ et videbitis me in tẽpoꝛe resurrectõis mee sed ploꝛa
bitis et flebitis vos. s. de passione mea: mũdus aũt gaude
bit. i. iimici mei iiqui iudei gaudebũt me occiso: sꝫ vos cõ
tristabimini de passiõe mea: sꝫ tristicia vestra vertetur in
gaudiũ in resurectõe mea. vñ mulier cũ parit tristiciã hꝫ
ꝛc. ¶ In verbis istis qua°² possum⁹ videre. Primũ ẽ quid
ꝑ mulierẽ istã significat²: ꝗ cũ tristicia dꝛ parere. Scdm
est quid dꝫ parere. ¶ Terciũ ẽ ꝗ est tristicia siue doloꝛ ille
quẽ dꝫ hẽre de partu. Quartũ ẽ quid ẽ illud gaudiũ qd
sequit² et ꝑuenit de isto doloꝛe. pꝛimũ nota² cũ dicit²: mu
lier. ẜm: cũ dicit²: parit. terciũ: cũ dicit²: tristiciã hꝫ. quar
tũ: cũ dicit²: nõ meminit pꝛessure ꝓpter gaudiũ.

¶ Anima significatur ꝑ mulierẽ parentẽ pꝛopter quinqꝫ.

Primū g° ē videre quid p istā mulierē significat². ¶ Per istā mulierē pōt significari quelibet aīa fidelis et h° ppt' quinq₃. ¶ Primū ppter obedictiā et q₂ mulier d₃ eē obediens et subiecta sponso suo in oibus ī quibus nō ē peccatū vñ aposto. col. iii. dicit. mulieres subdite estote viris sicut opoztet in dño. et i. pe. iii mulieres subdite sint viris suis sic aīa fidelis q̄ ē spōsa christi quā despōsauit ī baptismo deb₃ esse subiecta et obediēs christo in oib⁹. vñ psal. verū tamē subiecta esto aīa mea. et actuū. v. dicit beat⁹ petr⁹ φ magis opoztet obedire deo q̄ hominibus. illa aūt iā bene ē subiecta deo et bene ei obedit que omīa mādata eius custodit. et talis benedictionem habebit. vñ deute. ix. dixit moises et bñdictōz habebitis si obedieritis preceptis dñi di nostri et maledictionē: si nō audieritis mandata ei⁹ et recesseritis a via ei⁹. ¶ Scdz ē ppter fidelitatē ⁊ ppter fidei obseruactōem quā deb₃ mulier bona spōso suo. vere fidelis deb₃ eē mulier boā spōso suo et fidelit' se custodire q₂ si bona spōsi sui īfidelit' ribaldis suis daret vel stulte expēderet: nō eēt sapiens neq₃ fidelis. idō fideliter op₃ ea custodire. et talis mulier q̄ illa bñ custodit ē fidelis et sapiēs vñ. puer' xiiii. mulr̄ sapiēs edificabit sibi domū: et isipiēs mlr̄ extructā maib⁹ destruet. silit' de corpe suo d₃ eē fidelis. q₂ carnē suā nō d₃ dīdere. ēte illa q̄ carnē suā didit alii q̄ spōso suo latroissa ē de corpe. q₂ sic dicit aposto.. thi vii. vir vxori debitum reddat. similit' mulier viro. mulier nō hab₃ potestatē corpis sui: s₃ vir. silit' vir nō habet potestatē corpis s₃ mulier. nolite g° defraudare iuicem siliter deb₃ esse vir fidelis ī custodiēdo corpus suū pure et mūde ab aliis mulierib⁹. et puer. xxviii. vir fidelis ī h° multum laudat². s. corā deo et āgelis. et si vir ē īfidelis de corpe suo non propter hoc debet esse mulier ifidelis de corpore suo nec de matrimonio suo: s₃ fidelit' d₃ custodire matrimoniū suū ⁊ sic poterit spōsū suū a pccō retrahe' ⁊ eū saluare et ad hoc potest referri illud quod dicit apostolus. i. corin vii. sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidelem. s. aliquādo et ita anima fidelis que est sponsa christi de₃

esse fidelis erga ipsum christũ spõsum dulcissimũ in istis duobus ❡ Primo q2 fideliter dz custodire bona q̃ tradidit illi ad custodiẽdũ.s.bona nature et bona grẽ ⁊ bona fortune.bona nature pñt dici ad pñs ipsum corpus et aĩa ⁊ bone cõditões sanitas pulcritudo fortitudo ⁊ huiusmodi bona grẽ sunt bone virtutes acquisite per gratiã et ipã gratia quã dñs dat amicis suis. bona fortune sũt diuitie tẽporales oĩa ista bona dñs dat. vñ nullus de illis bonis dz supbire nec gloriari se. vñ aposto.i.corin.iiii. q̃d habes qđ nõ accepisti:quid gloriaris quasi nõ acceperis. Ista bona fideliter custodit spõsa christi. de istis bonis fideliter do seruit qñ de illis nõ gloriat' et nõ supbit. ⁊ qñ de illis creatori suo qui illa ei tradidit:gloriã et laudes reddit.sicut faciebat dauid. vñ dicebat.cantabo dño qui bona tribuit michi ⁊c. ❡ Scđo dz eẽ fidelis in custodiẽdo se pure ⁊ sollicite.et hoc ẽ qđ dr deute.iiii. custodi aĩam tuã sollicite. vere fidelis debz esse in custodiẽdo se pure ne christo spõso suo dimisso dyabolꝰ adulter admittat' per supbiã vel inuidiã vel aliud peccatũ mortale et ne dicat' ei a christo. et exprobetur illđ ysa.lii. iuxta me discooperuisti ⁊ suscepisti adulterũ.i. dyabolũ. fidelis gº dz esse sponsa in custodiẽdo se et hoc vsq3 ad mortẽ et tũc ei dabit dñs coronã vite eterne vel glorie. vñ apoc.iiii.esto fidelis vsq3 ad mortẽ et dabo tibi coronã vite. ❡ Terciũ est ꝑpter eius ornatũ siue ꝑpter corpis sui preparatõnẽ.q2 bona mulier ꝑpter virũ suũ ne peccet vel si ẽ in pccõ vt retrahat eum a pccõ vel vt sponso suo placeat bñ põt vestimẽtis ornare se et preparare:q2 si ex libidine ornatus eius nõ ꝓcedit non peccat.vñ iudich.iii.dr ꝙ ipsa iduit se vestimẽtis iocunditatis sue et tñ nõ peccauit. q2 ista preparatio nõ ex libidine ꝓcedebat sed ex virtute. Ita bona mulier qñ preparat se vt viro suo placeat aut vt eũ retrahat non peccat qñ preparatõ ista nõ ꝓuenit ex libidine: s3 potius ex virtute.tamen cauere et custodire se debent bone mulieres ne peccẽt ꝑpt' viros suos ĩ ꝑparatõib3 suis. vñ quõ pa ꝑ rare ⁊ ornare se debent sine pccõ docet aposto.thi.ii.nolo

mulieres esse in hitu ornato cū verecūdia ꝛ sobrietate or-
nātes se nō in tortis crinibus aut auro aut margaritis ve
ste preciosa scd'm ꝙ decet mulieres ꝓmittētes pietatem.
glo. vult eas esse ornatas virtutib9 .i. cū verecūdia. s. vul-
tus ꝛ nō attrite frōtis sicut meretrices: vult eas esse cum
sobrietate mētis l' esse ornatas nō in tortis crinib9 .i. cris-
pis. et. i. pe. iii. dr. mulieres subdite sint viris suis. et sub
dit. nō sit exteri9 capillatura aut circūdatō auri ꝛc. cer-
te tlēs q̄ sic se ornāt ad capiēdas aīas n̄ pn̄t excusare cul-
tus suos ꝓpter maritos suos. Itē nō debēt mulieres san-
cte ꝛ bone h9 facere ꝓpter mūdū sȝ tātū debent se ornare
vt viris suis possint placere. ita fidelis aīa q̄ ē spōsa chri-
sti dȝ ornari bonis virtutibȝ et ita dȝ se ornare et preparare
vt possit christo spōso suo placere. sȝ quō debȝ se prepara-
re dicit apoc. xix. venerūt nuptie agni scȝ quia iuncta ē
aīa fidelis christo per fidē et amorē et se vxor eius prepa
rauit. et datū ē ei vt cooperiat se bisso splēdenti et cādido
.i. castitate cordis et corpis. et bene per bissum splendētēȝ
et candidū significat castitas quia castitas facit aīmaȝ
splēdētem coram deo et albam sicut lilium. vn̄ cāti. i. sicut
liliū iter spinas sic amica mea īter filias. Ista veste debet
esse iduta q̄libȝ aīa fidelis q̄ vult placere christo spōso su-
o q2 certe nō ē mulier q̄ possit placere viro suo dū esset in-
duta veste lutosa et immūda ꝛ fetida: talis vestis coram
deo est luxuria. vn̄ nulla aīma que est in pctō luxurie pōt
deo placere. vn̄ apo. ro. viii. qui in carne sūt. i. in pctis car
nis q̄ sunt luxuria ꝛ gula deo placere nō possunt. Ideo ad
hoc ꝙ fidelis anima placeat deo sponso suo debet esse idu
ta veste castitatis que est vestis pulchra et honesta. vn̄
sap. iiii. o q̄ pulchra ē casta generatō cū caritate. Quar
tū est ꝓpter amoris spōsi sui magnitudinē q2 bona sponsa
debȝ virū suū sup oēs viros multū diligere q2 vir eius ꝓ-
pter ipsā patrē suū ꝛ matrē suā reliq̄t ꝛ ipi sūt duo i car-
ne vna. vn̄ ge. ii. reliquet hō prēȝ ꝛ mrēȝ et adherebit vxo
ri sue ꝛ erūt duo i carne vna. ita q̄lȝ fidelis aīa dȝ ipsum
christū spōsū suū sup oēs creat as diligere ꝛ sup oīa ꝛ h9

ardēter sicut dilexit eū illa sancta mulier scz magdalena
de qua dr lu. vii. mulier erat i ciuitate pctātrix ɀc. postea
sequit. dimissa sunt ei pctā multa quoniā dilexit multū
qz caritas operit multitudinē pctōꝝ. i. pe. iiii. et puer. x. sz
quō dilexit eū ardenter. vñ io. xx. vbi dr qñ venit ad monu
mentū et stabat ibi plorās ɀc. postea sequit. ꝙ cōuersa re
trorsū vidit ihūm et nesciebat ꝙ ihūs esset. et dixit ei ihe
sus. mulier quid ploras quē qris. illa aūt existimās ꝙ essz
ortolanus. dicit ei: dñe si tu sustulisti eū dicito michi vbi
posuisti eū ɀ ego eū tollā. Illud dicebat ardore amoris qz
ego credo ꝙ nullo9 eum portare posset: qz debilis erat. ita
nos debemus eū diligere ardēter: qz ardēter dilexit nos.
Quītū ē ppter opis sollicitudinē qz bona mulier nūq̄ dz
esse ociosa. vñ puer. vlt. panē suū nō comedit ociosa: qz ma
nū suā misit ad fortia: sed fatua mulier libēter ociosa ē et
garrula. prouer. vii. ecce mulier occurrit illi in ornatu me
retricio preparata ad capiendas animas garrula et vaga:
quietis impatiens: nec valens in domo cōsistere: pedibus
suis nūc foris: nūc in plateis ɀc. sz ista nō facit bona muli
er et sancta nec ipsa ē garrula nec vaga ē imo semp aliqd
bonū opus facit: et talis mulier ē sctā. et sicut dr eccl. xxv
beatus qui hitat cū muliere sensata. Ita aīa fidelis spōsa
christi nunq̄ dz esse ociosa ne eā decipiat dyabolus. hiero.
semp aliquid boni opis facito vt dyabolus semp te inueni
at occupatū. certe sicut dicit eccl. iii. multa mala facit o
ciositas. sicut dicit ezech. xvii. hec fuit iniquitas sodome
supbia saturitas ɀ ociū. et iō aīa fidelis nunq̄ dz esse ocio
sa. sz semp dz aliqd bonū opus face ɀ nūq̄ defice. et hoc ē
qd dicit apo. galla. vi. bonū aūt facientes nō deficiamus:
suo tēpore metemus nō deficiētes. Propter ista quinqȝ p
istam mulierē pōt figurari quelibet aīa fidelis.

Parere debet aīa fidelis tria bona.

Secdm ē quid dz parere christo ista mulier scz aīa fide
lis. Et sciēdū ꝙ tria bona opa vt opa iusticie: pnie et mīe.
et ista tria bōa opa pñt figurari p istos tres iustos scz iob
noe et danielē. de quibus hēt eze. xiiii. p noe pñt figurari

opera iusticie: q2 iustus d2. vñ geñ. vi. noe vir iust9 atq3 p fectus in generatōib9 suis 2c. Iustus ē ille qui facit iusti ciā et opera iusticie. Et ideo per noe q2 iustus dicit² ope ra iusticie significāt². Per iob qui dolēs īterpretat² opa penitētie significari pñt: q2 illi qui faciūt opa penitētie. debent esse in dolore cordis p peccatis suis. vñ psal. dolor meus in cōspectu meo semper. vñ iob maxiā3 pñiā3 fecit: ipsemet dicit. xlii. auditu auris audiui te. idcirco me rep hendo 7 ago pñiā3 ī fauilla et cinere. Per danielē qui li berauit susannā ab angustia sua vt hēt² dañ. xi. pñt signi ficari opera misericordie et pietatis quibus liberāt² sepe illi qui sunt in miseria a sua angustia et miseria. Istos vi ros tres bonos filios noe iob et danielē. i. opa iusticie pei tentie et misericordie d3 hēre hec mulier. i. aīa fidelis d3 hēre 7 parere christo et sic dicit apo9. i. thi. ii. mulier p ge neratōnē filioꝝ. s. bonoꝝ opū sanabit². vel possum9 dicere q d3 parere dō vnū solū puerū. s. puritatē vite. et h° ē qd dicit² hic. cū peperit. i. puritatē vite nō meminit pressure 2c. hic ē puer quē elegit deus. vñ ysa. xliii. ecce puer me9 quē elegi 2c. vere illū qui hab3 puritatē vite elegit dñs ad hñdū ḡtiā suā in pñti 7 gloriā in futuro. tlīs puer fuit iohēs baptista. de q° d3 lu. ii. tu puer pro. al. voca. 2c.

Parere d3 aīa fidel' iustū pueꝝ cū dolore claōre 7 labore

Terciū ē videre quō aīa fidelis d3 iustū pueꝝ. s. purita tē vite parere. Et sciend ē q cū tristicia 7 dolore. s. cordis. et hoc ē quod dicitur hic mulier cū parit tristiciam hab3 vere sicut mulier parit cū dolore nimio et nō solum cum dolore imo etiam cū clamore. et q2 dū parit tristiciā hab3 et dolorem. et ex dolore quē habet clamat. et ex dolore et labore puenit magnus labor. vñ ysa. xxvi. sicut que conce pit cū appropinquauerit ad partū dolens clamat in dolo ribus suis. ita aīa fidelis peītens d3 parere puritatē vite . nouū hoīe3 in statu grē cū dolore 7 claōre 7 labore. i do lore notat² cordis cōtritō. in claōre oris cōfessio. ī labore o peris satiffactō. de tristicia et dolore cordis quē d3 hēre aīa peītēs dicit apo9. i. cori. vii. gaudeo q2 tristati estis ad

93

pñiaꝫ et tristicia q̄ ē scd̄m peītētiā in salutē stabilē opatˀ. certe ista pñia. siue iste doloꝛ dꝫ eē p modū pturiētis. vñ dicit mich.iiii. dole et satage filia syon sic parturiēs. Ex isto doloꝛe dꝫ ꝓueire clamoꝛ. vñ psal. doloꝛē i coꝛde meo p diē. vñ post doloꝛē quā habꝫ aīa peītens de pccīs suis dꝫ clamare duplicē clamoꝛē vere cōfessionis ⁊ claōꝛēˀ deuote oꝛōis de claōꝛe deuote cōfessionis dꝛ id qd̄ dici[illegible] clamoꝛ meꝰ ītroiuit in aures eiꝰ. vox istius cla[illegible] est in auribus dñi. vñ canti.ii. dicit sponsus sp[illegible] vox tua in auribus meis vox tua dulcis et facies tua decoꝛa. de clamoꝛe deuote oꝛōis dꝛ in psal. dñe exaudi oꝛōnē meā ⁊c̄. ex doloꝛe contritōis et clamoꝛe vere confessionis debet ꝓuenire laboꝛ satiffactōis. de isto laboꝛe dicitur. ii. thi.ii. laboꝛa sicut bonus miles chꝛisti. de istis tribꝫ dici simul exo.iii. vbi dicit dñs. vidi afflictōnē populi mei qui est in egipto ecce laboꝛē et gemitū eoꝝ audiui. in hoc notatˀ clamoꝛ confessionis: et descēdi liberare eū. hic notatˀ doloꝛ contritionis. certe ex ista tristicia coꝛdis siue [illegible]oloꝛe et ex duplici clamoꝛe. s. vere cōfessionis et deuote oꝛōis et ex laboꝛe satiffactōis parturitur puritas vite ⁊ nouus homo in statu gratie. et ex his pꝛouenit quartum quod ē gaudiū quod notatˀ cū dicit. cū autē peperit puerū id ē puritatē vite nō meminit pꝛessure ꝓpter gaudiū.

[V] gaudiū duplex pꝛouenit ex puritate vite.

Vere ex hoc ꝓuenit duplex gaudiū. s. cōsciēcie et coꝛdis de quo dꝛ eccle.xxxi. nō est oblectamētū super coꝛdis gaudiū. Secūdū gaudiū ē gaudiū eternū. de quo dicitur hic. gaudiū vestrum nemo tollet a vobis. et isa.xxxv. leticia sempiterna sup capita eoꝝ gaudiū ⁊ exultatōnem obtinebūt. ecce ex paruo doloꝛe ⁊ ex paruo laboꝛe sequitˀ magnū gaudiū quia gaudiū eternū. quia paruus ē doloꝛ quem omnis homo habet hic p pccīs suis et paruus ē oīs laboꝛ quē sustinet hic i respectu gaudii eterni. vñ aposto. ii.coꝛi.iiii. dicit ꝙ in pñti ē momentaneū et leue tribulatōis nostre sup̄ modū in sublimitatē eterne gloꝛie pōdus operatˀ in nobis. Certe istud gaudiū eternū tantū erit ꝙ

oculus nō vidit nec auris audiuit nec ī cor hoīs ascēdit q̄ preparauit deus diligētibus se. vt dicit apo. i corin. ii. hoc idē ysa. xliiii. et btūs gre. q̄ lingua nō diceret quis intellectus pōt capere q̄ et quāta sunt gaudia illius felicitatis eterne. ista gaudia cōcedat nobis ihesus christus Amen.

¶ Dominica tercia post octauā pasche sermo. xxx.

[C]um venerit paraclitus arguet mūdum de peccato et de iusticia et de iudicio. Io. xvi. In verbis [is]tis possumus videre et intelligere ad quid faciendum venit spūssanctus et ad quid missus est.

Spiritussanctus venit ad tria.

¶ Et sciēdū q̄ ad tria q̄ possumus hēre et ītelligere de presenti euāgelio: scz ad cōsolādū: ad arguēdū: et ad docēdū. Ad cōsolādū venit. et hoc notat' cū dicit: paraclit9. q2 paclitus cōsolator īterpretat'. ¶ Secūdo ad arguēdū venit. et hoc notat' cū dicit: arguet mūdū de pctōr 7c. ¶ Tercio venit ad docēdū. et hoc notat' cū dicit: cū aūt venerit ille spūssanct9 7c. [P]rimo g° venit ad cōsolādū. vn̄ paraclit9 cōsolator interpretat': q2 venit ad cōsolanduz apostolos ad hoc venit quotidie in cordibus hominū per suā grām.

¶ Spiritussanctus venit ad cōsolandū tria gn̄a hoīm.

Et sciendū q̄ ipse venit spūaliter ad cōsolandū tria gn̄a hominū. ipse venit ad cōsolandū vere penitētes in caritate existentes: et in oratōe pseuerātes. et hoc optime figuratur in acti. apost. ii. ca. vbi dicitur q̄ omēs apostoli post ascēsionē domini descēderūt in quoddam cenaculū in ihe rusalē et erāt ibi oēs vnanimiter in oratōe pseuerātes cū mulierib3 et cū maria matre ihesu et dū complerentur dies penthecostes et essent pariter in eodem loco descendit spiritussanctus super eos ipse spiritussactus venit ad consolandū eos q2 ipsi erant desolati eo q̄ nō videbant ihūm christum cū ipsis corporalibus oculis. Apostoli erant vere penitētes et in caritate existentes et in oratiōe pseuerantes. et ideo venit ad cōsolādū. vn̄ beda in glo. super illud act. i. erāt oēs pseuerātes vnanimiter ī oratōe dicit q̄ qui vult spūmsanctū accipe pseueret ī ꝑcib3 7 fratrū caritate

quia oratio promeretur auxiliū iesu christi similiter et cō
solationē spūssancti. Itē venit ad cōsolandū vere paupes
et pro christo pniam facientes et sustinētes. vn̄ paulus a
postolus qui vere pauper erat propter amorē iesu christi
dicit phil. iiii. scio abundare scio penuriā pati. vn̄ oīa pos
sum i eo qui me cōfortat. s. in spūssancto. Certe vere pau-
peres ppter christū cōfortat spūssanctus. ipse nō cōfortat
diuites huius seculi sz potius eis pmittit eternā dāna-
tōz lu. vi. ve vobis diuitibz qui hic habetis cōsolatōz vrāz
Itē venit ad cōsolādum in tribulatōe exn̄tes. vn̄ canti. v.
surge aquilo et veni auster. i. spūssancte perfla ortū meū
. i. cōsciam cuiuslibet viri iusti et fluēt aromata. i. odor vir
tutū scz patiētie et beīgnitatis. et naum. i. dicitur bonus
dn̄s cōfortans in tribulatione. et in psal. scdz̄ multitudinē
dolorū meoꝝ cōsolatōnes tue ꝛc̄. Et dan̄. iii. dicitur ꝙ āge
lus dn̄i descēdit cū azaria et sociis eius in fornacez et fe
cit mediū fornacis quasi vētū roris flantē.

Arguit spūssanctus mūdanos de tribus.

Secūdo venit ad arguēdum amatores mūdi de tribus
de pctō īfidelitatis qd̄ hn̄t. et de iusticia quā nō habent.
et de iudicio quod nō timēt. vnde dicitur. cum venerit pa
raclitus arguet mundū de pctō. de iusticia et iudicio. de
peccato īfidelitatis arguet spūssanctus et ipse filius dei
īfideles multos ī die iudicii q2 nō crediderūt in eū. i. qui
nō adheserūt ei per fidē operātē dilectōnē. Credere deo ē
adherere deo per fidē opātē per dilectōnē. et hec ē vera fi
des vn̄ gall. v. nā in christo iesu nec circūcisio nec prepuci
um valent aliquid: sed fides que per caritatem operatur
si fides que operatur per dilectōnē et veritatem non sit.
Et certe sicut dicitur hebre. vi. Credere ei oportz sic ascē
dentē ad deū. vel sic possumus dicere. arguet mundū de
pctō īfidelitatis. quia nō crediderunt in me. i. qui non ha
buerūt veram fidez de me ꝙ essem in sacramento altaris.
vn̄ oēs illos qui non credunt verum corpus christi qd̄ tra
xit ð virgie esse in sacramēto altaris sub illa specie panis
arguet spiritussanctus in die iudicii. vn̄ ipse dicit ī psal.

Arguā te et statuā cōtra faciē tuā o tu īfidelis qui nō cre
dis in sacmēto altaris. certe sicut dicit apo. hebre. xi. sine
fide īpossibile est quēquē placere deo. et sicut dr mat. vl.
Qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit et q̄ nō
crediderit cōdēnabit᷑. vel sic possumus dicere ꝙ de pccō i
fidelitatis arguet mūdū spiritussanctus qd cōmiserūt et
hūerūt qꝛ ex defectu fidei fere ꝓcēit oē peccatū iō optie
poit dn̄s rationē. d. qꝛ nō crediderūt. Si eni homines lu
xuriosi ꝓ modica delectatōe et transitoria que est īpccō
luxurie crederent verissime habere penā eternā ⁊ amitte
re eternā iocūditatē paradisi et visionē dei si ista crederēt
nūq̄ peccatum luxurie perpetrarēt. similiter auari et alii
peccatores. sed qꝛ hoies nullomdo credunt propter pecca
tum incurrere penas inferni et amittere gaudia paradisi
peccata cōmittūt ideo nō venit spiritussanctus. sed filius
dei arguet eos in die iudicii de pccō īfidelitatis quod ha
buerūt et qd commiserunt quia nō in eum nec ei credide
runt. et certe malicia eoꝝ arguet eos ī iudicio. vn̄ iere. ii.
arguet eos de malicia sua. Item arguet mūdū id est ama
tores mūdi et habitātes in mūdo de iusticia quam nō ha
bēt. i. de penitētia quā nō habuerūt nec fecerūt. et de ista
iusticia dicit᷑ eze. xviii. Iusticia iusti super eū erit ⁊ im
pietas impii erit super eum. Et sequitur postea. si impi⁹
egerit penitētiā de omībꝫ peccatis suis q̄ ipse operatus ē
iudiciū et iusticiā fecerit vita viuet et nō morietur. vere
iusticia est ꝙ nos oēs agamus penitentiā qꝛ si christus fi
lius dei qui peccatū non fecit nec inuētus est in ore eius
dolus penas tribulatōnes et angustias et in fine mortem
crucis pro nobis sustinuit. iusticia et cōgruitas est ꝙ nos
miseri peccatores penitentiā faciamus et tribulatōes ꝑ
amore christi et pro peccatis nostris sustineam⁹ qꝛ sic dr
prouer. xi. Si iustus recepit in terra quāto magis impi⁹
et pccōr. et lu. xxiii. Et si in viridi ligno hec fiunt in arido
quid fiet. Certe ille qui facit istam iusticiā habitabit cū
christo in gloria. vnde psal. domine quis habitabit in ta
bernaculo tuo. postea sequitur. qui ingredietur sine ma

cula et opatur iusticiā . i . iustā penam siue penitēciā vel possumus dicere sic ꝙ arguet mūdū de iusticia dei quam nō hn̄t.et optie subdit rationē .q2 vado ad patrē christus iu stus ē et iusticias dilexit. sicut d2 in psal. ipē cōuersando mtoris vobis tadidit et ostēdit formā iusticie et exēplum vn̄ math.iii. dicit iohanni bpatiste qn̄ ipē volebat ab eo ba ptizari.sine modo sic decet nos adimplere omēm iusticiā

¶ Iusticia ē in tribus.

Sed omis iusticia ē in tribus. scdm ꝙ dicit[2] sup illud ma thei.v. beati qui esuriunt iusticiā in reddendo deo qd illi debet homo et pxio et sibi.deo patri debuit christus hono rē et istd hn̄ sibi reddidit.vt ipē dicit io .x. Ego honorifico patrem et vos ihonorastis me.similiter quilibet iustus d3 deo patri reddere honorē.malach.i.filius hōrat patrē et ser uus dn̄m.si ergo pater ego sum vbi ē honor meus.⁊ puer.iii hōra deū de tua subā. Itē christus reddidit pxio dilectio nē quādebuit ei.vn̄ io.xv maiorē caritatē neō hab3 vt aia3 suā 2c̄. siliter quilibet iustus debet proxio suo dilectionē. vn̄ deu.v. Dilige proximū tuū sicut te ipsū.et sicut dici tur ad ro. xiii. qui diligit pxim legem impleuit:sc3 quā tum ad pcepta pertinētia ad pxim. Item christus sibiipi reddidit mortificatōnē sc3 i cruce. vn̄ ipse dicit math.xvii qui vult venire post me abneget [illegible] etipsū et tollat cru cem suam et sequatur me.et.i.petri.ii. christus passus ē pro nobis 2c̄. Ita quilibet debet sibiipi m[illegible]tificationē. vn̄ aposto.coll.iii.mortificate menbra vestrā super terrā. Cer te isti ad patrem vadūt qui istam iusticiā faciunt:sc3 qui reddunt deo honorē pximo dilectionem et sibiipsis mortfi cationē.et isti deū videbūt.s3 illos qui istā iusticiā nō fa ciūt arguet filius dei i iudicio. Et isti nō videbūt gloriā dei.ysa.xvi. Tollatur impius ne videat gloriā dei. Item arguet de iudicio quod non timent Et ponit rationē.q2 iam princeps mundi huius iudicatus est scilicet diabo lus vnde ii pe ii vnde si angelis peccantibus non peper cit sed rudentibus inferni detractos in tartarum cruciā dos tradidit in iudicium reseruari quid ergo de illis qui

immūdicias carnis et post cōcupiscētias ambulāt ex quo
princeps mundi huius iam iudicatus est scz dyabolus ir
remediabiliter. De iudicio quod nō timent homines pec
catores arguet spiritussanctus ꝛ filius dei ipsos peccato
res. vñ sapi. i. qui loquit² iniqua nō pōt latere nec preteri
et eū corripiēs iudiciū scz quod nō timēt. illud bene time
bat hieronimus qui dicebat. siue bibā siue comedam siue
dormiā siue quippiā opus faciā semp michi videt² vt illaz
vocē terribilē audiaz. surgite mortui venite ad iudicium:
Certe illud dñt oēs multū timere. q2 sicut dicit psal. deus
manifeste veniet deus noster et non silebit. ignis ante ip
sum precedet ꝛc. sed iniusti peccatores qui iudiciū domi
ni non timetis: et ideo penitentiā facere non vultis. sicut
dicit² ysa. xix. quid facietis in die visitationis et in die ca
lamitatis de longe venietis: ad cuius auxiliū fugietis et
nisi derelinquatis gloriā vestraz. ideo orat psal. dñe ne in
furore tuo arguas me ꝛc. id est in tuo iudicio. Tercio ve
nit ad docēdū omnē veritatē. vñ dicit². cum venerit para
clitus docebit vos omnē veritatez. ipse est vnctio. de qua
dicit apostolus iacobz in canonica. vnctio docebit vos de
omnibus. vere spūssanctus venit vt doceat nos loqui ꝛ di
ligere et facere omnem veritatem.

er eeritas triplex.

Sed sciēdū ē ꝙ triplex ē veritas scz veritas doctrine vi
te et iusticie. ıa rima pertinet ad predicatores et ad vere
penitētes. Secūda ad oēs fideles. Tercia ad oēs iudices
vel prelatos et ad oēs mercatores. Spiritussanctus veni
ens in cordibz nrīs docet nos oēm veritatē loqui diligere
et face. vere ipse docet predicatores loqui veritatē doctri
ne in sua predicatōe. vñ ipse dicit apostolis suis. math. x.
nō enī vos estis qui loquimini: sed spūssanctus ꝛc. simili
ter ipse docet penitētes loqui veritatē et dicere in suorū
peccatoꝝ cōfessione. vñ ipse dicit eccle. iiii. fili conserua tē
pus et non confundaris dicere verū pro anima tua scz in
peccatorum tuorum cōfessiōe. et sicut dicitur ysa. xxxiii.

qui ambulat in iusticiis et loquit᷑ veritatē habitabit ī ex
celsis et in eterna gloria, et qui mētitur in confessione su
a ipse mentitur spirituisancto. sicut ananias qui retinu-
it vnā partem de precio agri sui. sicut habetur ac[...]
dixit beatus petrus anania cur tentauit sathana[...]
um mentiri te spirituisancto rc. Postea sequit᷑ n[...]
titus hoibus sed deo. audiens aūt hec verba cecid[...]
pirauit. istud multū deberent timere illi qui mentiunt᷑
spirituisancto in confessione peccatorū suorum ne ita acci
dat eis. Item ipse venit vt doceat nos diligere veritatem
vite. vnd ipse dicit zach. ix. pacem et veritatē diligite a-
it dn̄s excercituū. de ista veritate dicit ezech. rex in ysa.
xxxviii. memēto queso quo° ambulauerim coram te in ve-
ritate et in corde perfecto rc. Itē ipse venit vt doceat iu-
dices facere veritatē iusticie in iudiciis suis et mercato
res in negociationibus suis. de ista veritate dicit᷑ zach.
viii. vbi dicit᷑ veritatē et iudiciū pacis iudicate in portis
vestris. et exodi. viii. dicit dn̄s moisi puide tibi viros po-
tentes in quibz erit veritas et qui oderint auariciā et cō
stitue tribunos ex eis et decanos ⁊ centuriones sed bone
iesu vbi īuenitur hodie veritas iusticie nec doctrine nec
vite, certe vix inuenitur veritas in terra sz falsitas et do
lus et infidelitas vt in paruis et in magnis et vbicūqz ho
die inuenit᷑. vn̄ dolendū ē et diabolus letus ē qui ē spiri-
tus mēdax. vn̄ hodie adimplet᷑ quod dicit᷑ ozee. iii. non ē
veritas nō ē mia nō est sciētia dei in terra sed furtum ho
micidiū et adulteriū iundauerūt rc. Et ysa. lix. dicitur qz
corruit veritas in plateis et equitas nō potuit igredi. sz
illi qui sunt discipuli dn̄i debēt omnē falsitatem et omnē
dolū et omnē ifidelitatē fugere: et debent hebere triplicē
veritatē quā docet spūssanctus veritatem doctrine vite ⁊
iusticie. prima habetur per donum sapiētie et intellectus
secūda per donū fortitudinis. tercia per donū consilii qz
donū consilii est illud quod dicitur mat. vii. quecūqz vul-
tis vt faciant vobis homines eadē facite illis. illud docet
veritas iusticie. rogemus spiritūsanctū vt iesus christus

mittat in cordibꝰ nostris ad nos cõsolãdũ ⁊ nos docẽdum oẽm veritatẽ doctrine vite et iusticie. qđ nobis pstare dignetꝛ ipse iesus christus amen.

Dñica. iiii. post octauã pasche ẜmo. xxxi.

[S]i quid petieritis prẽm meũ ĩ noĩe meo dabit vobis [J]ẽ. io. xi. In istis verbis possuꝰ tria cõsiderare. Primo videre q̃s est ille pater quẽ debemꝰ petere. et sciẽdum ꝙ est pater glie. Scđm qualis dꝫ esse petitio iusti siue qualiter debeat petere patrẽ glorie iustꝰ. Terciũ est quid ẽ illud qđ debet iustus a deo petere. Quartũ est quoᵒ iustꝰ debet a deo petere: ⁊ sciendũ ꝙ ĩ christi noĩe ⁊ hoc ẽ qđ dicit hic. si quid pe. pa. me. ĩ no. me. ⁊c̃.

Petere debemꝰ audacter deũ ꝓpter tria.

Primũ est q2 est misericordia plenꝰ et misericors dñs et benignꝰ et q2 largꝰ. Primũ ẽ q2 est misericordia plenꝰ et misericors nobis cõpaciendo. vnde psal. misericorſ et miserator dñs. Idẽ mĩa dñi pleã ẽ terra. Scđꝫ ẽ q2 ẽ benignꝰ ĩ preces nr̃ãs auscultãdo et illas dulcitʼ admittẽdo maxie qñ homo mouetꝛ ad petẽdũ ꝓ salute. Terciũ est q2 largꝰ est magna munera largiẽdo. vñ sicut dicitꝛ iac. i. oĩbꝰ dat affluentʼ et nõ imꝓperat. vere ipse largꝰ ẽ imo largissimꝰ fuit filiũ suũ cõsubstãcialẽ sibi vnigeĩtũ et coeternũ dare ĩ nostre redemptionis preciũ. vñ apoꝰ. ro. viii. qui ꝓprio filio suo nõ pepcit sꝫ ꝓ nobis oĩbꝰ tradidit illũ ⁊ cũ illo nobis omĩa donauit. Scđm ẽ videre quõ iustꝰ debet petere patrem glorie

Petere debet iustꝰ quattuor modis.

Et sciẽdũ ꝙ quattuor mois ꝓ se dꝫ peteʼ. discrete deuote et assidue. Primo dico debet petere ꝓ se. pro se bene petebat psal. dicens miserere mei deus quoniã in te confidit aĩa mea. ꝓse debet iustꝰ petere deũ patrẽ q2 sepe exauditur homo et facilius qui petit ꝓ se q̃ homo qui petit pro aliqᵒ alio indigno. vñ samuel nõ ẽ exauditꝰ ꝓ saule. vt habetur. i. regum. xvi. vnde legitur ꝙ dominꝰ dixit ad samuelem. vsquequo tu lugis saul cum ego proiecerim eũ ne regnet super israel. sed bona hester vt habetꝛ. vii. exaudi

ta ē q2 pro se ipā postulauit assuerum dicens ei. da michi animā meam ꝑ qua rogo si inueni gratiam tuā corā ocu lis tuis ꝛc. hic dicit². Siquidem patrē meū in nomie meo dabit vobis non dicit aliis immo debet iustus primo pete re pro se. Scdo debet petere discrete et discreta debet eē peticio iusti ad hoc ꝙ exandiat². sȝ discrete petit qui prio patri eternū regnū petit ⁊ q̇ primo illud querit. scdm ꝙ dicit math. vii. Primo querite regnū dei et iusticiā eius ⁊ hec omia adiicient² vobis. discretio ptinet ad salutē quia discretio docet ꝙ nichil cōtrariū saluti petat² nec quera tur. ad discretionē ptinet ꝙ bonū petat². vn̄ bonū aliqn̄ pe titur sed nō bene sicut fecit balaam numeri. xviii. q̇ cū vi disset castra filioꝝ israel dicit. moriat² morte iustorum aīa mea et fiāt nouissima mea horum similia. Indiscreta fuit huius peticio. q2 vt iustus mori petebat: sed vt reprobus ⁊ stultus viuere volebat. similiter habet² math. xx. de fili is zebedei qui petierūt regnum electorum āte passionis sue supplicium. et rn̄dens ihesus dixit illis. nescitis quid petatis potestis bibere calicē quē bibiturus sum. indiscre ta fuit hec peticio filiorum zebedei qui volebant fieri cō sortes cōsolationis: sed nolebant fieri socii passionis. Item tercio debet deuote petere q2 qn̄ est deuota petitio iusti tunc exaudit² de facili et hoc bene figurat². i. reg. i. de an na vxore archane de qua d2 ibi. cū esset anna amara aīo orauit flēs largiter scȝ vt cōciperet et pareret et exaudi ta ē. vn̄ dicit heli. vade in pace et deus israel det tibi pe titionē quā rogasti eū. similiter. iiii. reg. xx. legitur ꝙ cū egrotaret ezechias conuersus ad parietē orauit cum lachri mis et exauditus ē. Item debet pete' assidue. vere assidua debet esse iusti petitio et et tc̄ de facili exaudit². vn̄ thess. v. sine intermissione orate. et iac. v. multū valet depreca tio iusti assidua. De istis tribus vltimis scȝ ꝙ iust9 debet pete' discrete deuote et assidue dicit christus. luce. x. peti te scilicet discrete et accipietis querite deuote et inueni etis pulsate assidue et aperiet² vobis. omnis enī qui petit accipit sic. et qui querit inuenit quia pulsanti sic apiet².

discretio respicit salutem deuotio pietatē assiduitas perseuerātiā. Ista quattuor sunt que debent esse quia debꝫ iustus orare et petere pro se ad salutez pie pseuerāter.

¶ Petenda nō sunt quinqꝫ.

Terciū est videre que sūt illa que iustus nō debꝫ petere. Et sciend̄ ꝙ quīqꝫ sūt q̄ petūt mali. mundanū honorē vite lōgitudinē nō ad peitendū: sed potius ad diuitias cōquerēdū ⁊ ad delicias carnis sue faciendū. siliter petūt diuitiarū abūdātiā in īiuriarū suaꝝ ultionem et sapiētiā mūdi. illis qui talia petūt. dicit' iaco. iiii. petistis et nō accepistis eo ꝙ male petistis ⁊c. Certe ista quīqꝫ nō sūt petēda. Primo honor mūdan' ⁊ nō ē appetēdus q2 iflat et excecat. vn̄ hiero. honor mūdan' dicit' spuma fumus somn' spuma dicit' q2 īflat: fumus q2 excecat: somnus q2 nunq̄ homini verā requiem dat. q2 cito trāsit sicut somnus.

¶ Diuitie nō sūt appetēde et hoc ꝓpter tria.

Itē diuitie nō sunt appetende multum et hoc propter tria. Primo quia nō replent possidentem. puer. xiii. venter impiorū insatiabilis est. bern̄. temporales diuitie sūt mēdaces quia promittunt dominiū et faciunt seruitutem promittunt securitatem et incutiunt timorem promittūt saturitatem et esurire faciunt promittunt delicias et faciunt tristicias. Secundum est quia non sustentant confidentem in se. vnde ipse est baculus arūdineus qui exterius ē decorus et intus ē vacuus. qui credit sustētari ab illo ⁊ credit in illo ⁊ cōfidit in illo cadit in luto. vn̄ prouer. xi. qui cōfidit in diuitiis corruet. et ysa. xxvii. ecce. confidis super baculū arūdineū cōfractū super egiptū. Tercium ē q2 nullū faciūt fructū vtilē nisi īteritū iferni. vn̄ eccle. vi. qui amat diuitias fructū nō accipiet ex eis. s. nisi iteritū ⁊ perditionē. vn̄ aplūs. i. thi. v. qui volunt diuites fieri huius seculi īcidūt in laqueū et intentatōnes dyaboli et desideria multa et nociua que mergunt hominez in īteritū et perditionē. ideo dicit hiero. tutū ē nichil habere nec amare diuitias. certe diuitie nō sūt petende a dō patre summo rege. quia si quis ouū l' aliquid paruū a rege

francie peteret videret² regi derisio: et tā paruū nō daret Similiter qui petit a summo rege ista tpālia caduca que quasi stercora sunt et reputāt² ab apost. phili. iii. nō impetrat illud qd petit cū tāti regis sit dare eterna. Itē iniuriaꝝ vel inimicoꝝ vltio nō ē petēda. q2 istud ē cōtra caritatem. q2 caritas docet inimicos suos diligere. math. v. Diligite inimicos vrōs et orate p psequētibus vos. Itē vite lōgitudinē q̄ multū nō ē petēda nisi ad pniam faciēdā vel ad vitā emēdendā. et hoc bn̄ figuratū est. iii. reg. iii. de salomone quē dn̄s regem cōstituit sup israhel ppter dauid patrē suū cui dn̄s apparuit p somnū dicens. postula quid vis vt dem tibi: et ipse petiuit sapiētiā vt posset iudicare populum suū et discernere inter verū et falsuz. Cum aūt hmōi rem postulasset placuit dn̄o: et dixit ei. q2 postulasti verbū hoc et nō petistis dies multos. ecce vite longitudo necnō diuitias: ecce diuitiaꝝ abūdātia: aut aīas inimicorum tuoꝝ: ecce inimicoꝝ vltio. sed postulasti sapientiā ad discernēdū iudiciū: ecce feci tibi ƀm sermones tuos et dedi tibi cor sapiēs et intelligens ita vt nullus ante te fuerit similis tibi. s3 et hec q̄ nō postulasti dedi tibi nec post te futurus sit similis tibi sc3 diuitias et gloriaz vt nemo tibi similis sit in regibus. Item mūdi sapiētiā nō est multū petēda quā multi petūt: q2 inflat. eccle. i. in multa sapientia multa indignatio. et. i. corin. xiii. sciētia inflat: caritas autem edificat. Item q2 sicut dicit apost. i. corin. iii. sapientia huius mūdi stulticia est apud deū. item iac. iii. sapiētia ista terrena ē animalis et dyabolica. de ista petitione dicit apost. i. corin. i. viderī signa petunt et greci sapientiā. Ista quinq3 nō debet iustus petere.

Petere debet iustus quinq3 hic in via.

Sciendū ē aūt q quinq3 sunt q̄ d3 iustus petere hic in via. Ipse debet petere fidē: spē: et caritatē: dei f[illegible] eterni gaudii penitudinē. preterea fidē q̄ est de[illegible]bus et spē que est de celestibus gaudiis: et car[illegible]net ad deū et proximuz suum. Hi sunt tres panes quos amicus petebat ab amico suo. luc. xi. amice cōmoda michi

tres panes scȝ veram fidem et spē ꝛ caritatē quoniā amicus meus venit de via ad me et ꝛc̄. Amicꝰ a quo mutuātᶻ isti tres panes ē deus pater qui est fidelis amicus. eccle. vi. fideli amico nulla ē cōparatio. amicus veniēs de via animus ē per vagationē desideriorū q̄si deambulās p longā viam fatigatus hic tūc de amico suo tres panes petit scȝ spem fidem et caritatē. et debet ponere illos esurienti animo. Sed notādū ꝙ spes fides caritas dicūtur panes qꝛ reficiūt affectū ꝛ intellectū. Item quarto debȝ petere dei sapiētiam. vn̄ iac. i. Si quis vestrū indiget sapiēcia postulet a deo et dabitᶻ ei. Ista sapiencia appetēda ē et petēda est qꝛ pudica est et pacifica et modesta. iac. iii. sapientia q̄ de sursū est. Primū quidē pudica ē et pacifica et modesta p effectū qꝛ facit hominē pudicū pacificum modestū ꝛ sic de aliis. Item quito debet q̄rere eterni gaudii plenitudinē. vn̄ ī isto euangelio dicitur. petite et accipietis vt gaudiū vestrū plenum sit. gaudiū nostrū tūc plenū erit qn̄ erimus ī paradiso in corpore et aīa et videbimꝰ deum facie ad faciē. quoniā videmꝰ nūc p speculū et ī enigmate sicut dicitᶻ .i. corin. xiii. Quartū ē videre quō debemus ista petere. et sciendū ꝙ ī nomie iesu. i. saluatoris sicꝫ ipē dicit hic: et hᵒ est quod dicit. si quid petieritis patrē ī nomie meo dabit vobis. istud nomen ē nomē gloriosū et laudabile. psal. a solis ortu et occasu laudabile nomen dn̄i et sicut dꝛ puer xviii. hec est turris fortissima nomen dn̄i ad ipsum fugit iustus. et sicut ro. x. ait Quicūꝗ inuocauerit nomē dn̄i saluꝰ erit. In nomie dn̄i ihesu debet petere deū patrē iustus vt verā fidem det ei et certā spē ꝛ caritatem et dei sapiētiam hic in presenti et ī futuro eterni gaudii plenitudinē. Istud cōcedat nobis ihesus christus filiꝰ dī amē.

Dn̄ica. v. īfra octauā ascen̄. ſmo. xxxii.

[C]um venerit paclitꝰ quem ego mittā vobis a patre spiritū veritatis q̄ a patre ꝓcedit ille testimoniū pꝛhibebit de me ꝛc̄. In istis verbis possuꝰ videre ad quid faciēdum veīt spūssanctus in mundum et

possumus dicere q ad quinqz.
Spiritussanctus venit in mūdū ad quinqz.
Primū ē ad testioniū de christo perhibēdū. vñ. dicit' hic.
Cū aūt venerit paclitus ille testioniū ꝛc. Sed sciendū in primis q christus habuit multa testionia. ipse huit testio niū q erat verus hō ꝛ ver9 deus. i. io. v. tres sūt qui testio tniū dāt in erra. s. de christo. scz spūs aqua ꝛ sanguis ꝛc Spūs. i. aīa huāna christi quā emisit in passione. Aqua et sanguis qui fluxerūt de latere ei9 qd fieri nō posset si ve rā carnis naturā nō hēret. sz cū ante passionē sudor ei9 fa ctus ē sić gutte saguis oñdūt veritatē carnis et ita spūs aqua ꝛ sanguis testes sūt huānitatis christi. siliter sicut dr io. v. tres sūt qui testioniū dāt in celo. s. de diuinitate christi q verus de9 ē. pater verbū et spūsanct9. et hi tres vnū sūt in essentia. pater testioniū dedit ī baptismo qñ ip se christus baptisatus fuit in iordane a beato iohē. vt hēt' mat. iii. Et in trāsfiguratōe in mōte thabor. qñ dixit hic ē filius meus dilectus in q° michi bene cōplacui ipsū audi te. [illegible]erbū. i. ipse filius dedit testioniū de se qñ trāsfigu ratus ē. q2 ibi spēm sue glorificatōis ostēdit. similit' spūs sanctus dedit ei testioniū qui super christū baptisatū in specie colūbe descendit. vel qñ ad iuocatōnē noīnis christi corda credentiū adimpleuit. Itē io. baptista dedit ei testi moniū. vñ io. i fuit hō missus a deo cui nomē erat iohānes hic veit in testioniū vt testioniū perhiberet de lumine. Testimoniū eius fuit qñ dixit et cum digito oñdit ioh. i. Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mūdi. hic ē de q° dixi: post me veniet qui ante me fact9 ē ꝛc. Item opera e ius dederūt testioniū ei9 in miraculoꝝ ostēsione ꝛ opatōe vnde ipē dicit io. v. opera que ego facio testionium perhi bent de me. Itē apostoli dederūt ei testioniū in sua passio ne et in sua predicatōe et in miraculoꝝ operatōe et h° est qd ipse docet eos. vt hēt' io xvi. Et vos testimoniū perhi bitis de me. et actu. iiii. q reddebant apostoli testimoniū de resurectione iesu christi. illud testimonium dederunt apostoli per predicatōnē et per miraculorū operationem

et per manuū operatōnē et per passionē quam sustinebāt pro ipso et hoc fuit post spūssancti acceptionem. vñ actu. i. accipietis virtutē spūssancti superuenientis in vos ⁊ e ritis michi testes in hierūsalē et in omī iudea siue sama ria et vsq ad vltimū terre. tot testionia habuit christ⁹ et multa alia ꝙ fuit verus deus et verus hō. et ꝙ a mortuis resurrexit. sꝫ bone iesu credibilia sūt testionia. psal. testio nia tua credibilia sūt nimis. idō maledicti sūt illi heretici et excōmunicati qui nō credunt ꝙ iesus filius dei fuit verus deus et ver⁹ hō ⁊ ꝙ tercia die resurrexit a mortuis Certe ad h° veīt spūssanct⁹ vt testioniū phiberet de christo ꝙ ver⁹ deus et verus hō esset. et h° ē qō dr. cum venerit paraclitus ille testioniū perhibebit de me. Itē ipē dat testioniū de nobis ꝙ sum⁹ filii dei. ro. viii. ipse eni spirit⁹ reddit testioniū ꝙ sum⁹ filii dei. vere sicut dicit .i. io. v. qui credit in filiū dei habet testioniū dei in se. sꝫ ꝙ ē filius dei per fidē. ad perhibēdū ergo testioniū de christo et de nobis veīt spūssanctus scꝫ ꝙ sum⁹ filii dei i fide. Secūdū ē ad docēdū. vñ io. xiiii. paraclitus quē mittet [illegible] ter in noīe meo ille docebit vos oīa. ad docēduꝫ nos veit quo tidie in cordibus nrīs qñ mūda sūt a pctō mortali.

Spiritussanctus venit ad docēdū nos tria. veritatē vite doctrine et iusticie.

Et sciendū est ꝙ ad docēdum nos tria veīt spūssanct⁹ scꝫ ad docēdū nos omneꝫ veritatē. vñ io. xvi. cum venerit ille spūs veritatis docebit vos omnē veritatē sed triplex ē veritas vite doctrine et iusticie. Veritas vite ptinet ad omnes fideles. Veritas doctrine ad doctores et predicatores. sꝫ veritas iusticie ad prelatos eccīe ⁊ iudices. Veritas discretōis oim ē magistra.

Discretō triplex.

Est aūt triplex discretō. Prima ē iter bonū ⁊ malū ⁊ istā discretōnē docet veritas vite. quia docet declinare a malo et facere bonū. de ista veritate dicitur ysa. xxxviii. dic̄ ibi eze. memēto queso dñe quō ambulaueri corā te in veritate et corde perfecto. Secdā ē discretō iter rectā noticiā ⁊ errorē. hāc discretōnē docet veritas doctrine. qz astruit

certitudinē cognitōis et veri intellectus ꝛ ostēdit decep
tionez erroris. de ista veritate dicit exo. xxviii. vbi dici
moy. pones aūt in rationali iudicii doctrinā et veritatē q̄
erunt in pectore aaron. ¶ Tercia est q̄ docet discernere in
ter penas inferni et premia paradisi. Istā discretionē do
cet veritas iusticie q2 docet retribuere penas inferni ma
lis et premia paradisi bonis. de ista veritate dicitur exo.
xviii. vbi dicit ietro. moy. puide tibi viros in quibus sit
veritas et qui oderūt auaritiā ꝛ cōstitue ex eis tribunos
et decanos et cēturiones. et ista triplex veritas nichil dz
timere. nec ē dimittēda ꝑpter aliquod paruū scādalū. vñ
versus: Iusticie vite doctrīe scādala linq̄. Et illis qui istā
triplicē veritatē fecerūt et custodierūt aperiēt porte pa-
radisi in fine. vñ ysa. v. apite portas ꝛ ingrediat gēs iusta
costodiēs veritatē. De ista triplici veritate q̄re in illo ser
mone precedēti. [illegible]ū venerit paraclitus arguet mundū de
peccato ꝛc. Itē venit ad docēdū predicatores et doctores
legē diuinā scz nouā et veterē ꝛ beatus est ille quē docet
spūsanctꝰ de lege domini. psal. beatꝰ homo quē tu erudie
ris dn̄e ꝛc. venit spūsanctus ad docendū predicatores sa-
cra eloquia. q2 qn̄ alios docēt a se nō loquēt: sz a spūsan
cto et nūq̄ de sciētia sua vel doctrina debent gloriari nec
su[illegible]bire. vnd dicit saluator christus aplīs suis. math. x. nō
estis qui loquimini sz spūs patris vestri qui loquit in vo
bis. Item venit ad docendū nos dei volūtatē. vñ treñ. i. de
excelso misit ignē. i. spiritumsanctū in ossibus meis et eru
diuit me scz voluntatē domini. ita dicit sancta mater ec-
clesia et fidelis aīa. vere ipse venit ad docēdum nos volū
tatē dei. vñ psal. orat. doce me facere voluntatē tuā q2 de
us meus es tu ꝛc. quasi dicēt. O pater celestis mitte spi-
ritūsanctū ad docendū me per ipsum voluntatē tuā q2 de
us meus es tu. et hoc debes facere q2 tu es deus meus et
tunc spūsanctus deducet me in terrā rectam. i. ad celestē
patriam. Ad docendū gº nos voluntatem dei venit et cer-
te que sit volūtas dei docz agnus quē spiritussanctus do
cuit. vñ ipse dicit. volūtas dei est quā christus fecit et do

cuit. huilitas in conuersione stabilitas in fide verecundia i verbis iusticia in factis in tēporalibꝫ mīa in moribꝰ disci plina in fratribus pax. amare in deo qđ pater ē timere qđ deus ē christo nichil preponere sciꝫ creatū. quia nec ipse quisꝗ nobis preposuit qn se morti pro nobis exposuit.
Si hec fiāt tūc fit volūtas dei in terris ad oīa ista docēd in cordibꝰ nostris veit spūsanctꝰ. sicut dr. i. io. ii. vnctō do cebit vos de oibus. ¶ Terciū ē ad corda pccoꝝ mundandū vn psal. cor mūdū crea in me deꝰ ⁊ spiritū rectū ⁊c. ⁊ eze. xxxviii. dicit dns. effūdā super vos aquā mūdā et mūda bimi ab oibus inquinamētis vestris et ab vniuersis ydolis vestris mūdabo vos. et dabo vobis cor nouū et spiritū no uū ponā in medio vestri. ¶ Quartū est ad pccores mortu os morte peccati viuificandos. vnde eze. xxviii. dicit dns iiii^or vētis spūs veni ⁊ isuffla sup iterfectos istos ⁊ reui uiscent.

Ventus q̄druplex

¶ Per istos quattuor vētos ex quibꝫ spūsanctꝰ dicit' ve nire ad visitādos pccores mortuos vel interfectos. morte peccati significari pnt iiii^or cōsideratōes quas hō pecca tor debet in se sepe cōsiderare ¶ Per primū ventū qui pue nit ab oriēte pōt hēri cōsideratō nrē fragilitatis l' natiui tatis. Per scdm qui veit ab occidēte pōt significari consi deratō mortis. de istis dicit christus mat. viii. ab oriēte ⁊ occidēte multi veient et recūbent cū abraham ysaac et ia cob in regno celoꝝ. Per terciū vētū qui veit ab aquilone qui ē frigidus ventus et a quo omne malū pandet'. vt ha bet' iere. i. pōt significari consideratō tētatōnis dyaboli. vel cōsideratō eterne dānatōnis. Per quartū qui venit a meridie qꝛ in meridie dr sol esse in suo maiore calore pōt si gnificari consideratio dnice passionis et feruor caritatis quā christus habuit erga nos qui fecit ei sustinere mortē quā p nobis sustinuit in cruce. ¶ Preterea in meridie q̄ dr hora sexta positꝰ fuit in cruce sicut dicūt aliqui euāgeli ste. et io p vētū pueniente a meridie pōt significari optie cōsideratō ⁊ recordatō dnice passionis. de ista meridie di cit sponsa canti. i. indica michi quē diligit aīa mea vbi pa

significatur quo dn̄s ab ista turba in deserto expetabat².
per istam turbā peccatores peniten[illegible] significantur: qui
habēt cōsciētiā suā turbatā et spiritu[illegible] ciatū ex dolore et
cōsideratōe peccatoꝝ suoꝝ preteritoꝝ. ex eo ꝙ per illa cre
atorem suum offēderūt et dereliquerunt. et de illa tur-
batōe dicitur in psal. pn̄iali. Anima mea turbata est valde
Et in alio psal. anxiatus est spūs meus in me turbatū est
cor meū. Super istā turbā miseret' christus cui ꝓpriū est
misereri sp et parcere et cōpati infirmitati nostre in hoc
ꝙ miseretur. et reficit quinqȝ milia hominū de septē pani
bus notatur et exhibetur vtriusqȝ nature sue argumētū:
in hoc ꝙ miseretur et cōpatietur notatur ꝙ ipse fuit verꝰ
homo: q2 si homo nō esset humanā naturam nō haberet. in
hoc cōfunditur manicheus hereticus qui dicebat carneȝ
christi esse fantasticā. in hoc ꝙ de quinqȝ panibus et duo-
bus piscibus refecit quinqȝ milia hominū ostēditur esse ve
rus deus. et in hoc cōfunditur arrianus qui dicebat chri-
stum esse purā creaturā. Dicit gͦ christus. misereor super
turbā de perpetratiōe peccatoꝝ suoꝝ. et maxime qn̄ veni-
unt ad querēdum eū de facto per tres dies penitētie qui
sunt dolor cordis et vera cōfessio oris et labor satisfactōis
De istis tribus dicitur exo. viii. vbi dicit moyses pharao
ni: viam triū dieꝝ ibimus in solitudinē et sacrificabimus
dn̄o deo nostro sicut precepit nobis. Post illud triduū in
uenietur christus a vere penitētibus. vnde dicit' luce. ii.
Joseph et maria inuenerūt eum post triduum in templo.
de istis tribus diebus quere satis in illo sermōe xviii. du
ctus est ihesus in deser. 2c. Et in illo fili quid fecisti no-
bis sic. Certe sup turbā istā expectantē p triduū istud mi
seretur ihesus: et sic expectantē ihesum refecit dn̄s con-
solatione spirituali. vnde dicit dn̄s. Si dimisero eos ieiu
nos absqȝ aliqua consolatōe spirituali deficient in via scȝ
presentis temporis. Sed notandum ꝙ quidam venerūt

de longe.i.peccatoꝝ multoꝝ voragine et quidam de ppe. isti sunt qui baptismalē innocētiā seruauerūt vn̄ oēs istos venientes ad querendum ihesum in deserto pn̄ie reficit ipse christus septē panibus ne deficiant querendo eū in via presentis tēporis. [illegible] nde sm̄ ē videre qui sunt illi septē panes quibus dn̄s reficit istam turbā. Isti septem panes possunt dici dona septem spiritussancti. de quibus dicitur ysa.xi.requiescet super eū.i.super iustum vere penitentē de peccatis suis spiritus domini spiritus sapientie et intellectus spiritus cōsilii et fortitudinis spiritus scientie et pietatis. et replebit eū spiritus timoris domini. et de istis septē donis reficit dn̄s tanq̄ de septem panibus. vel possumus dicere q̄ isti septē panes sunt illa septē que notantur. iac.iii.de illa sapiētia celesti.vbi dicitur q̄ sapientia illa q̄ sursum est.primū quidē pudica est:deinde pacifica:deinde modesta suasibilis bonis cōsentiēs plena mia caritate et pietate et fructibus bonis iudicans sine simulatiōe. oīa ista debēt intelligi per effectum de sapiētia q̄ sursum est:quia primū quidē pudica est q₂ facit hominē pudicū. deinde pacifica q₂ facit hominē pacificū et sic de aliis. De istis septē panibꝫ reficit sapiētia dei patris scꝫ christi amicos suos.vel possumus dicē q̄ primus panis est verbū dei patris omnipotentis.vn̄ math.x.dicit christus non ex solo pane viuit homo:sed de omni verbo quod procedit de ore dei.verbū dei patris dicitur panis q₂ reficit et sustētat et in bono cōfortat.hic est panis qui cor hoīs confortat sicut dicitur in psal. De isto pane deberēt sepe prelati ecclesie subditos suos pascere ⁊ refiscere.sed sicut dicitur treñ.iiii paruuli petierunt panē et nō erat qui frangeret eis. sed certe multi sunt qui bene possunt dicere illud ysa.iii.non sum medicus et in domo mea nō est panis nec vestimētū quasi dicat ille prelatus.nō habeo memoriā aīaꝝ nō est michi panis doctrine vel elemosine spūalis nec elementā honeste cōuersationis.pane euāgelii debet quilibet prelatus per se vel p aliū pascere ⁊ reficere subditos suos. Secundus panis pōt dici deuota oratio vel la

126

chrimarum effusio pro peccatis propriis vel alienis et pro dilatione patrie celestis. de isto pane lachrimarum dicit psal. cibabis nos pane lachrimarum. et alibi. Fuerunt michi lachrime mee panes die ac nocte. de isto pane bene reficiebatur beatus iob qui dicebat. antequam comedam suspiro iob. iii. ¶ Tercius panis pot dici labor penitentie siue mortificatio carnis. de hoc pot dici illud gen. iii in sudore vultus tui vesceris pane tuo. et illud isa. xx. dabit nobis dominus panem actum et aquam breuem. et illud. iii. reg. xxii. vbi dicit rex. mitte virum iustum in carcerem scilicet penitentie et sustentate eum pane tribulationis et aqua angustie. [illegible] uartus panis pot dici consideratio siue memoria mortis. Iste panis subcinericius est quia in cinere notatur mortis memoria. vnde in die cinerum dicit sacerdos cuilibet iusto quando ponit cinerem in capite suo. Memento homo quia cinis es et in cinerem reuerteris de isto pane cinereo dicit psal. tanquam cinerem panem scilicet subcinericium manducabam. Iste panis pot significari per illum panem de quo precepit angelus helie vt comederet. iii. re. xix vbi dicitur ecce angelus dei tetigit heliam et dixit illi. surge comede et respexit et ecce ad caput suum panis subcinericius. et vas aque pot dici consideratio et memoria mortis que dat homini fortitudinem operandi. vnde sicut beatus gre. qui bene consideraret qualis erit in morte semper esset timidus in operatione. [illegible] uitus pot dici meditatio sanctorum et recordatio dominice passionis. Iste panis est vite et intellectus de quo dicitur eccle. xv. cibauit illum scilicet iustum pane vite et intellectus. ¶ Sextus panis pot dici eucharistia hoc est corpus ihesu christi saluatoris. de hoc dicit be. augu. crede et manducasti. de isto pane pot dici illud sapi. xvi. prestitisti eis domine sine labore paratum panem habentem in se omne delectamentum etc. et. i. corin. xi. de isto pane dicit apo. quicunque manducauerit panem et biberit calicem indigne reus erit corporis et sanguinis domini. Certe nullus debet de isto pane comedere nisi sit mundus maxime a peccato luxurie. hoc maxime figuratum est. i. reg. xxi. vbi dicitur quod quando venit dauid ad abimelech sacerdotem et dixit ei. si quis ha

bet ad manducãdũ det michi. Et rñdens ei sacerdos dixit Nõ habeo panes laicos sed tantũ panẽ sanctũ. Si mũdi sũt pueri maxĩe a mulierib⁹ mãducẽt. Panis iste fuit figura corporis christi. et corpus christi figurabat qd nullus sumere debet nisi sit mũdus maxime a pccõ luxurie. Iste panis est panis vite eterne quia illis qui digne mãducant et recipiũt dat dominus vitã eternã. vñ io. vi. Pater meus dat vobis panẽ verum. Panis enĩ dei est qui de celo descendit et dat vitã eternã. ¶ Septimus panis ẽ cõsolat[illegible]alis. iste panis est panis celestis. de isto pane põt [illegible] exodi. xvi. vbi dicit dñs populo israhel. Ecce ego pluã vobis panẽ de celo zc. z i psal. Pluit illis mãna ad mãducandũ z panẽ celi dedit eis. De isto pane celi pauit et refecit dñs populũ suũ israhel. xl. annis in deserto sicut hẽtur numeri. xiiii. De ista cõsolatõe dicit dominus isa. vi. Quo⁹ si cui mater blãditur. Ita ego cõsolabor vos et in iherusalẽ consolabimini et videbitis me z gaudebit cor vestrũ. De istis septẽ panibus reficit dominus turbã istã. i. vere penitentes. et in fine reficiet refectõne ineffabili vt hẽt. mat. xi. Venite ad me omnes qui laboratis z honerati estis scz honere penitẽtie. et ego reficiã vos scz refectõe ieffabili. ¶ Terciũ est videre quid significant septẽ sporte quas collegerũt de septẽ panib⁹ e[illegible]um⁹ dicere q vii. sporte significant dotes anime et [illegible]ris. Dotes aĩe erũt tres. dilectõ laus et visio. vñ aug. Amabimus laudabimus videbimus. Et dotes corporis erunt quatuor scz claritas agilitas subtilitas et impassibilitas. De istis dotibus quere in illo sermone. Post dies octo venit iesus ianuis clausis. vel possum⁹ dicere q septẽ sporte significãt gaudia septem q̃ hẽbũt vere penitẽtes in eterna gloria. ¶ Primũ gaudiũ erit oĩs doloris remissio. vñ apoc xxi. Absterget deus omnẽ lachrimã ab oculis sanctorum et iam nõ erit amplĩ⁹ neq luctus neq clamor neq vllus dolor zc. isa. xxxv. gaudium et exultatõnem obtinebunt z fugiet dolor ab eis. ¶ Secundum erit totius boni repletio. vnde psalmi. Replebimur in bonis domus tue. et alti-

[margin, manuscript:] [illegible]no gaudia p[ar]adisi

127

bi. Beati qui habitant in domo tua domine. et beat⁹ ber. O ciuitas celestis mansio secreta patria totū c[...] delectat populus sine murmuratōne incole qu[...] nullā indigentiā sentiūt quā gloriosa dicta sūt [...] tas dei. ¶ Terciū est oīmoda pulchritudo. vñ math. xiii. Fulgebūt iusti sicut sol in regno patris eorū. illd erit qñ ihesus christus (vt habet² phil. iii) reformabit corpus hūi litatis nostre configuratum corpori claritatis sue. ¶ Certe ibi nō erit tūc aliquis cecus neq; gibbosus neq; claudus. Quartū erit perfecta dilectō. q2 sicut dicit apo⁹. i. corin. xiii. Caritas nūq̄ excidit siue pphetie euacuabūtur. siue lingue cessabūt siue scientia destruetur 2c̄. et beatus ber. Quicquid videbim⁹ amabim⁹ tota illius habitudinis cō sūmatio erit: q2 vna erit oīm lingua iubilatō īdefessa vn⁹ affectus amor eternus veritas patebit et castitas et caritas implebitur. ¶ Quītū erit damnatorū visio. vnde psal Letabitur iustus cū viderit vindictā. Et apoc. xviii. dicit² de damnatōe babilonis. Exultauerūt super eā celum 7 sancti apostoli 7 pphete quoniā iudicauit dominus verū iudiciū de illo. illud erit maximū gaudiū multis: quoniā iudicabūt damnatos in inferno et q̄ dñs liberauit eos de illis tormētis. et q2 ipsi semp cōformāt voluntatē suā volūtati diuine. ¶ Sextū erit perfecta toti⁹ trinitatis 7 christi in natura diuinitatis et huānitatis cognitō. q2 nūc cognosco ex parte: sed tūc cognoscā sicut 7 cognitus sum. i. corin. xiii. Hec est vita eterna vt cognoscamus te solū deum et quē misisti iesum christum. ¶ Septimū est omniū istorū gaudiorū possessio. vñ ysa. xxxv. letitia sempiterna super capita eorū. et io. xvi. dicit christus. Iterum videbo vos et gaudebitis et gaudiū vestrū nemo tollet a vobis. illud augmentat multū gaudiū qñ homo videt q̄ nō pōt perdere bonū quod habet. Illud gaudiū tantū erit sicut dicitur isa. lxiiii. a seculo nō audierunt nec auribus perceperunt nec oculus vidit absq; te deus que preparasti expectātibus te. Illud gaudium concedat nobis iesus christus filius dei viui. Amen.

Dominica nona. sermo. xli.

Omnis arbor que nō facit fructuz bonū excidet t in ignē mittet². mat. vii. In isto euāgelio do[...]et nos dn̄s ꝛ monet vt vitemus ypocritas falsi habitus et false doctrine ymaginē pretēdentes. Et subdit causam q2 intus sunt lupi rapaces. Ipsi maliciā suā quasi sub velamine simplicitatis exterius cōtegunt et interius venenū falsitatis sue ꝛ malicie sue abscōdūt. ipsi sunt sicut fimus qui coopertus est niue qui exterius est albus et interius ē niger ꝛ fetidus. et ipsi sunt sicut arbores autumnales bis mortue. vt habetur cano. iude. arbores autūnales bene florēt: sed nullū fructū faciūt: ita ypocrite. Vn dicit hic. a fructibus eoꝝ cognoscetis eos. i. a malis operibus eoꝝ: q2 mala arbor nō pōt fructus bonos facere: et omnis arbor que nō facit fructū bonū excidetur ꝛc. In verbis istis duo sunt cōsiderāda. Primū quid p ista arbore significatur. Secundū ē qualis ē ille fructus quē debet facere arbor illa ad hoc ꝙ nō excidatur et in ignē eternuz nō mittatur. Primū notatur cū dicit. omnis arbor. Secundum cū dicit. que nō facit fructū bonū ꝛc. sicut dicit glo. voluntas bona et mala dicit² arbor. q2 sicut arbor in terra radicatur: ita volūtas in aīa radicatur. Arbor bona est voluntas bona. et istius arboris sunt fructus de quibus dicitur gall. v. fructus autē spiritus caritas pax gaudium ꝛc. voluntas mala arbor mala et fructus eius sunt fornicatio immundicia impudicitia luxuria. vel possumus dicere ꝙ quelibꝫ aīa fidelis dicitur arbor bona q̄ radicata debet esse in caritate tanꝙ in bona terra. sicut apost. ephe. iii. in caritate radicati et fūdati vt possitis cōprehēdere cū omnibus istis q̄ sit longitudo latitudo et ꝓfundum. sicut dicit grego. nō valet ramus boni operis si nō maneat in radice caritatis. certe sicut dicitur mat. iiii. securis iam posita est ad radicē istā. et ita sequitur. omnis arbor q̄ nō facit fructum bonū excidetur. vere in parte exsiccata est radix ista. vnde osee. ix. percussus est effraym radix eius exsiccata est ꝛc. Istā radicē caritatis fere totā excidit cupi

ditas que est radix oīm malorum. sicut dicitur. i. thi. vi. Et magna mundi iniquitas. vnde math. xxiii. dicit christus Cū superabundauerit iniquitas refrigescet caritas multorum. in caritate debz esse radix ista tāq̄ in bona terra vt viuat et in bona crescat et bonū fructum faciat. Itē debet esse recta per rectam intentionem. quia omnia que facit anima fidelis debet facere propter deum nō ꝓpter laudes hominū. Et ideo dicit christus math. v. Attendite ne faciatis iusticiam vestram coram hominibus vt videamini ab illis querendo laudes eorū. alioquin laudem non habebitis apud patrē vestrū qui in celis est. Recta ergo debet eē per rectā itentionē. de ista rectitudine dicitur prouer. iiii. Oculi tui recta videāt. et cāti. vi. recti diligunt te. Itē debz esse alta per vite eminētiā et per celestiū contēplatōnē. et imputribilis per castitatē ad modum cedri. vñ eccle. xxiiii. dicit aīma fidelis Quasi cedrus exaltata sum in libano. et sicuti ecclesia dicit cāti. i. Ligna domorū nostrorū cedrina. et glo. interli. Quia imputribilia et odore suo serpētes. i. demones fugantia. et quia alta ē vñ odoris optimi. Itē debet esse plātata iuxta aquas grē. et in mirro mixto dicit psal. ꝙ ipsa ē tanq̄ lignū quod plātatū ē ꝛc̄. et iere. xvii. Et erit quasi lignū quod plantatū est iuxta aquas scz gratie qd ad humorē mittet radices suas et nō timebit eū cū venerit estus scz carnalis cōcupiscentie. Arbor ista sic radicata sic plantata: est aīa fidelis ⁊ debet facere fructū bonū ne in ignē mittatur scz eternum.

Secundum est quis ē iste fructus quē debz facere arbor bona. Et sciendum ꝙ triplicē fructū debet facere. quia triplex est fructus fructus cordis fructus oris et fructus operis. Fructus cordis est volūtas sicut cogitatō bona vel mala. de fructu cordis dicitur ysa. x. vbi dicit dñs. Visitabo sup fructū magnifici cordis. a simili fructus cordis bonus triplex dz eē.

De triplici fructu cordis.

Primus deuotō cordis dz dici siue cōpūctō cordis d pctis suis. istum fructum debet facere vinea domini que est fidelis anima. isa. v. Vinea domini excercituum domus israhel ē. fructus vinee est vinū et per vinū cōpunctō cordis

de peccatis suis intelligit². de isto vino dicitur in psal. Potasti nos vino cōpunctionis. et ozee. xii. dꝛ de ista vinea scꝫ de fructu eius vbi dicit². Vitis frondosa israel. i. anima fidelis videt deū per veram fidē fruct⁹ adequat⁹ est ei. Certe arboꝛ que non facit bonū fructū excidetur et i ignē eternū mittetur. vñ osee. xxiii. Fili hominis quid fi et de ligno vitis scꝫ que nō facit fructū bonū et postea sequitur quō lignū vitis inter ligna siluaruꝫ qđ dedi igni ad deuoꝛandum sicut habitatoꝛes iherusalem scꝫ q̄ nō faciūt fructū bonū. ¶ Secundus fructus ē siue pōt dici recoꝛdatio nr̄e redēptōis ⁊ dn̄ice passiōis. de hoc habe² tren. iii. Recoꝛdare paupertatis mee ⁊ trāgressiōis mee absinthii et fellis. ¶ Iste fructus pōt dici fructus palme. i. crucis. vñ dicit spōsa cāti. vii. Ascēdā in palmā. i. in crucē cui⁹ vnū bꝛachiū fuit de palma ⁊ appꝛehēdā fructus eius qui sunt vt tangit glo. nostra redemptio resurrectio et ascētō ¶ Tercius pōt dici celestiū contēplatio. Iste fructus est ficus qui est fructus dulcissimus. de isto fructu d² puer. xxvii. Qui seruat ficū comedit fructus eius. De isto fructu dicit sponsa canti. ii. Sub vmbꝛa illius quē desideraui sedi. et fructus eius dulcis gutturi meo. Et qꝛ fructus dulcissimus est. ideo voluit ficus recipere iperiū sup omnia ligna et reliquere dulcedinē suā. vt habe² iudi. ix. vbi dixerūt. Ligna ad arboꝛē ficus veni sup vos regnū accipere: que rñdit eis nūquid possum dulcedinē meā deserere fructusq̧ dulcissimos ⁊ suauissimos et ire vt ligna ꝓmoueam. Itē est fructus bonus oꝛi. vñ ꝓuer. xii. dr̄. De fructu oꝛis sui vnusquisq̧ replebitur. Et iste fructus triplex est. Primus pōt dici laus bona et sancta pꝛedicatio. de h° dꝛ eccle. xliii. Benedicentes dn̄m exaltate illū quantū potestis scꝫ p pꝛedicationē que maioꝛ est omni laude. et psal. Benedicam dn̄m in omni tēpoꝛe semp laus eius i oꝛe meo de isto fructu scꝫ pꝛedicatōis d² io. xvi. vbi dicit christus aplīs. Ego elegi vos vt eatis et fructū afferatis ⁊ fruct⁹ vester maneat. Scdūs pōt dici deuota oꝛatio: iste fruct⁹ est multū pꝛeciosus et pꝛeciositas istius fructus manifesta ē: qꝛ āgelus poꝛtat eū in celis ⁊ offert deo. vnde dicit

angelus thobie. Quoniã orabas cũ lachrimis obtuli oratione tuã dño. vnde grego. magna est virtus pure orationis que quasi quedã persona ad deũ intrat et mandatuȝ peragit quo caro peruenire nequit. Tercius põt dici vera et humilis cõfessio. preciositas huius fructus ostẽdit ex hoc ꝙ deus vult semper istuȝ fructum habere ante se. vñ psal. confessio et pulchritudo in cõspectu eius. Consueuerũt diuites qñ diuersi fructus ponebãtur ante illos retinere illũ quẽ pre ceteris diligũt. ita dñs tantũ amat pulchritudinẽ cõfessionis. q2 illã vult semper habere ante se. Preterea preciositas eius patet per hoc ꝙ nullus tãtum displicet deo quĩ ei nõ placeat si fructũ cõfessionis humilis offerre cito ꝓponat. vñ psal. dixi cõfitebor ⁊ tu remisisti ⁊c. Similiter q2 latro istum fructũ obtulit in cruce. iõ christus eum a patibulo liberauit. Isti tres fructus oris sunt quasi fructus vitis ad cuiꝰ suauitatẽ ⁊ satisfactõnẽ et florẽ fugiũt bufones et alia aĩmalia venenosa. i. demones et inique tẽtatões. isti fructus sunt honoris et honestatis. et iõ dicit fidelis aĩma eccle. xxiiii. ego quasi vitis fructificaui suauitatẽ odoris ⁊c. Itẽ est fructus boni opis de hᵒ dicit puer. vltimo. date ei de fructibus manuũ suarũ ⁊c. Iste fructus similiter triplex est. Primꝰ fructus est peĩtẽtie. de isto d2 mat. iii. Facite fructus dignos penitẽtie. i. penitẽtiã agite secũdũ quãtitatẽ culpe. q2 omĩs arbor que nõ facit fructũ bonũ ⁊c. iste fructus penitẽtie ĩ principio et exterius multũ ẽ amarus: sed certe interius multũ ẽ dulcis ꝑpt' cõsolatões q̃s dñs dat vere penitẽtibus. vñ ber. multi sũt qui vidẽt cruces nrãs: sȝ pauci sunt qui vidẽt vnctões nrãs. et psal. scdʒ multitudĩeȝ doloruȝ meoꝝ cõ. tu. le. a. m. ⁊c. Sȝ certe multi sũt qui istũ fructũ nolũt facere nec ð isto fructu volũt comedere: sȝ qñ sentiũt amaritudĩeȝ exterius ipsi faciũt sic̃ symie faciũt tãcito cũ sentiũt ĩ nuce amaritudinẽ exteriꝰ ĩ cortice illã ad terrã ꝓiciũt ⁊ nolũt coẽde' ad donec veiat dulcediẽȝ q̃ ẽ ĩnucleo. certe istũ fructũ dʒ portare ⁊ facere q̃ vult ad vitã eternã veire. vñ mat. xviii. dicit christꝰ q̃ vult veire pꝰ

me abneget seipsum 2c̄. et apo. actu. xiiii. per multas tri-
bulatões oportet nos intrare in regnū celoꝝ. ¶ Secūdus
fruct9 ē iusticie qui in pace semiat' iac. iii. et phill. i. reple
ti fructu iusticie p ihūm cristū in laudē dei. ille facit fru
ctū iusticie ⁊ opa iusticie qui reddit vnicuiq3 qd̄ suū est.
vel facit omne illud qd̄ vellet ab alio sibi fieri. sicut dicit
crist9 mat. vii. quecūq3 vultis vt faciāt vobis hoīes eadē
facite illis. similiter opa iusticie sūt reddere vnicuiq3 qd̄
suū ē. debemus deo obediētiā: honorez et amorē: et ꝓximo
cōsiliū: auxiliū et amorē: et cōsolationē. et corpori nr̄o su-
stē tationē: laborē ⁊ mortificationē. illi qui ita fructū iusti
cie faciūt: et istā iusticiā sitiūt bn̄dicti sūt a cr̄sto. math. v.
beati qui esuriūt et sitiūt iusticiā q̄ docet vnicuiq3 qd̄ su
um est reddere sc3 deo ꝓxio et sibimet. quoniā sicut dicit
glo. ipsi saturabunt' pane angeloꝝ: qui h3 in se oē delecta
mētū et oēm iusticiā: et oēm saporis suauitatē. sicut hēt'
sapi. xvi. ¶ Tercius fructus ē mie opus. de hoc dicit psal.
ego sicut oliua fructificaui in domo domini. et iere. xi. di
cit dn̄s ad aiam fidelē plenā opibus mie. oliuā pulcherri-
mā speciosā fructiferā ⁊ vberē vocauit dn̄s nomē tuū. per
oliuā significat' fidelis aia: s3 ex oliua et fructu oliue fit
oleū. et p oleū in sacra scriptura significat' mia: q2 oleū va
let ad multa. ad sanāddū vulnera: ad illuminādū: ad ciba-
ria cōdendū. ita pietas valet ad omia. i. thi. iiii. Opera g°
mie dn̄t fructificare. sic q̄libet aia fidelis. et talis aia fru
ctificās opera mie similis est auro. vnde pōt dicere illud
prouer. viii. similis est fructus meus auro. De operibus
misericordie quere in illo s̄mone. Estote misericordes 2c̄.
Istum multiplicē fructū debet facere omis arbor bona. i.
q̄libet aia fidelis. ¶ Sed sciēdū ē q2 quedā sunt arbores q̄
nec florēt nec fructum aliquē faciūt. et hn̄t folia acuta si
cut gladius. tales arbores sūt salices. de quibus dicit iob.
circūdabūt eū in cunabulū. salices sunt supbi inuidi et de
tractores. q2 oēs isti nō hn̄t nisi folia. i. verba inflatiua et
pungitiua et iactātia et detractoria. vnde lingua eorū si-
cut gladius acutus sicut sunt folia salicū. Item sunt alie

arbores que fructū faciūt inutilem et habēt folia fetētia sicut sambuc⁹. per h° pnt figurari gulosi et luxuriosi qui hnt folia .i. verba semp in ore inutilia et inhonesta et turpia et fetentia corā deo et angelis eius. ideo dicit apost. ephe. vi. Fornicatio et immūdicia nec noientur i vobis: sicut decet sanctos ꝛc. Preterea q̄uis ieiunēt et ad ecclasias vadāt et elemosinas pauperib⁹ dent dū sunt in peccatis suis. iste fruct⁹ nō ē eis vtilis ad habēdū vitā eternā. Sed illa bona valēt ad querēdū citius grāz dei et ad penedíminutōnē. de istis pōt dici illō sapi. viii. Fructus eorū sūt inutiles ad vitā eternā. Certe oēs iste arbores q̄ nō faciūt fructū bonū in vita ista. in die iudicii excidēt a cōsortio bonoꝝ et in ignē eternū mittētur in corpe et anima et tunc dicet illō christus mat. xxii. Ite maledicti i ignē eternū qui preparat⁹ ē dyabolo ꝛ angelis ei⁹. sz bonis arboribus .i. iustis qui fecerūt hic fructū bonū dicet dn̄s in die iudicii. illud mat. xxii. Venite benedicti pris mei ꝛc. ibi fruem illo fructu bn̄dicto. quē portauit arbor bona et sancta scz beata virgo maria. De isto fructu benedicto cōcedat nobis pater eternus amen.

Dominica decima sermo. xliii.

Homo quidā erat diues qui hēbat villicū et hic diffamat⁹ ē apud dn̄m suū ꝛc. lu. xv. In h° euāgelio cōmēdat mīa ad illā imitādū q2 hec parabola p cōtrariū itelligēda ē: sed hic qui fraudez fecit et quia prudenter egit misericordiam faciens a domino laudari meruit qui sine fraude ē prudēs ꝛ misericors a domino merito cōmēdandus est. Dicit g° hō quidā erat diues ꝛc. In isto euangelio ad presens tria possunt considerari. Primū est quis est ille homo qui dicitur villicū habere. Scdm est quis ē ille villicus. Terciū est de quibus oportebit villicū illū in die iudicii rōnē reddere. Primū notatur cū dicit. hō quidā erat diues. Scdz cū dicit qui hēbat villicū. Terciū cū dicit. redde rōz villicatōis tue. Primū est videre q̄s ē iste diues hō. hō ille christ⁹ ē qui ver⁹ hō fuit et ver⁹ deus et diues semper fuit in diuitiis grē ꝛ i.

diuitiis glorie. vñ psal. gloria et diuicie in domo eius. Et apostolus. i. cor. viii. Cū diues essꝫ egenus factus est pro nobis: vt inopia illius diuites essemus. De multitudine diuitiarū quere in illo sermone. Homo quidā erat diues q̄ iduebat̄ purpura et bysso ꝛc̄. Scdm̄ ē videre quis sit villicus iste villicus pōt dici quilibet iustus cui dn̄s tradidit aiam suā ad custodiēdū. eccle. xv. Deus ab inicio cōstituit hominē. i. creauit et reliquit eū in manu cōsilii sui vulgariter dicit̄ bonū castrū custodit qui corpus suū custodit et melius qui animā. prouer. iiii. Omi custodia serua cor tuū. ab ipso eni vita pcedit. vnde deutro. iiii dicit dn̄s. Temetipsum custodi et animā tuam sollicite: sicut villicus villam ad custodiendaꝫ. vel mens ppria pōt dici villa que cōmittit̄ cuilibꝫ iusto. q2 sicut in villa sūt sterquilinia et lutū ita in mente cuiuslibet sunt cogitatōnes semper et sepe male et fetide et peruerse et turpes. Audierat diues iste ꝙ villicus ille bona sua male suauerat et ea dissipauerat: ait illi. Redde ratōnem villicatōnis tue. Sciend̄ est ꝙ de quinꝙ oportebit cuilibꝫ fideli rōnē reddere in die iudicii. Primū est de bonis a deo collatis. Et sciendū ꝙ tria sūt bona de quib' oportebit rōnē reddere scꝫ bona fortune bona gratie et bona nature. Nature bonū ē corpus et bone cōditiones. de tribus bonis corporis fortitudo pulchritudo ⁊ sanitas et hmōi. Bona gratie sūt duo bona spiritualia et virtutes q̄ acquiruntur per grāꝫ. Bona fortune sūt diuitie et possessiones mundane. corpus et mēbra et vires et huiusmodi tradidit dominus cuilibꝫ vt ei fideliter seruiat de corpore suo et de membris eius et vt corpus suū et membra tanꝙ templū spūssancti pure et mūde ab omni pctō custodiat. q2 sicut dicit apostolus. i. cori. vi. An nescitis quoniā mēbra vrā christi sunt templum scꝫ a multis illud bonum scꝫ corpus ⁊ vires dissipantur sepe maxime per duo peccata: scilicet per peccatū gule et per peccatum luxurie. vere per peccatū gule dissipāt̄ et maxime per ebrietatē. vñ dicit aug. Ebrietas oia mēbra debilitat vitā diminuit. et salutē omnē exterminat. et eccl. xxi

Sobrietas potus sanitas est aie et corporis. et certe si so brius potus e sanitas aie ⁊ corporis: supfluitas est destructio corporis et aie ¶ Similiter p pctum luxurie dissipat corpus et bone cõditões eius. qr sicut dicit iob. xxi. ignis est vsq; ad cõsummationẽ deuorãs. qr hoc peccatũ nõ solũ modo inquinat: sed oia deuorat. sequitur. et oia eradicãs gemmas virtutũ. i. oia bona opera q ex virtutibus generãtur. per ista duo peccata spũaliter dissipatur corpus ⁊ cõditiones eius bone. et ideo dicit cuilibet fideli puer. vii. ne des honorẽ tuum alienis scz demonibus. honor iste est qr homo ad honorez dei factus est eterni regni particeps efficiendus. sequitur ne gemas in nouissimis qñ carnẽ tuam et corpus tuũ consumpseris per peccatũ gule et luxurie. Corpus suũ debet quilibet custodire pure et mũde tã q templum spiritussancti: qr sicut dicit apost. i. corin. iiii. si quis dissipauerit tẽplum hoc disp̃det illũ dñs deus noster. Item sm bonũ nature est aia et vires eius. sed istud bonũ debet quilibet custodire mũde ab omni peccato mortali tanq sponsam christi quã despõsauit in baptismo. vñ apost. ii. corin. xi. despondi eñi vos vni viro virginẽ castã exhibere christo. illud bonuz nature scz aia corrũpitur et dissipatur qtũ ad vires eius per peccata mortalia. Itẽ bona gratie tradidit ad negociandum. vñ aposto. ii. corin. vi. hortam vos ne in vacuũ gratiã dei recipiatis ⁊c. et i. pe. iiii. vnusquisq; sicut grãm dei accipit in alterutrũ administrantes sicut boni dispensatores. et certe ista bona gratuita. i. virtutes dissipat homo per peccatũ mortale qñ facit illud puer. xxi. thesaurus desiderabilis ⁊ oleũ in habitaculo iusti et imprudens homo dissipat illud. thesaurus desiderabilis põt dici congregatio bona virtutũ vt humilitatis caritatis misericordie et pietatis ⁊ castitatis. per oleuz põt figurari leticia gratie spritualis q debet esse in corde viri iusti. sed vir imprudens. i. peccator per peccata sua mortalia q facit dissipat oia ista. et lu. x. dicitur. similiter q homo quidã descendebat a iherusalẽ in iherico qñ

descēdit de statu gratie in peccatū. et tūc incidit in latrones: latrones sunt demones vel peccata q̄ vulnerauerunt eū in naturalibus et expoliauerūt eū de bonis gratuitis. Item sunt bona fortune q̄ dn̄s dedit nobis ad custēdādū nos et ad dādum illa paupibus suis: sz ista bona a multis dissipāt' qn̄ indebite acquirūt' et auare retinēt' et qn̄ illis hoies male vtūtur: sicut dissipauit filius pdigus substanciam suā quā pater suus tradidit illi viuēdo luxuriose vt habe' luce. xv. De bono fortune q̄re in illo sermone. Homo quidā erat diues et induebat' purpura ꝛc̄. Ista tria bona nature fortune et gratie tradidit nobis dn̄s ad custodiendum et multiplicādū. et c̄te cuilibet oportebit de illis bonis reddere rationem villicatōis in die iudicii. vt habetur math. xxv. Homo quidā peregre pficiscēs vocauit seruos suos scz fideles suos et tradidit illis bona sua scz bona nature: fortune et gratie. postea sequitur. Post multū vero temporis venit dn̄s seruoꝝ illoꝝ et posuit rationē cū eis. Illud erit qn̄ dn̄s ad iudicium veniet et tūc ipse dicet cuilibet christiano. Redde rationem de bonis q̄ ego cōtuli et tradidi tibi: vel vobis. ¶ Secūdum est de momēto cuiuslibet tēporis. vn̄ beatus bern̄. Sicut capillus de capite non peribit: ita momentū tp̄is nō pibit scz de quo nō oporteat reddere rationē in die iudicii: tempus cōmissum est nobis ad agendū pn̄iam: sz multi sunt qui dissipāt illud et male expendunt. q2 nolunt facere pn̄iam dum tēpus habēt. et ideo clamat apost. ad gall. vi. operemur bonum ad omnes dum tempus habemus. bonum autē facientes suo tēpore nō deficiamus. et c̄te sicut dicit apost. corin. vi. Ecce nūc tēpus acceptabile ꝛc̄. ¶ Sed de multis potest dici illud qd̄ dicitur in psal. tempus faciēdi dn̄e: sz ipsi dissipauerūt legē tuā. et. i. pe. i. Dedit ei tp̄ūs vt pn̄iam ageret ⁊ nō vult penitere. D q̄ amittit qui tp̄ūs suum amittit: et illud bene nō expēdit. vn̄ bern̄. nō parū est meū tp̄ūs quod in verbis aut factis expenditur ociosis. volat enim verbum irreuocabile: volat tēpus irreuocabile nec sentit sapiēs quid amittit hec est amissio sine recuparatione. vnde dicit ber.

Nichil preciosius tempore et nichil hodie vilius reputa᷑ vere nichil preciosius tempore quod patet per hoc ꝙ in vna hora possunt quidā magna peccata delere per cōtritōnē peccatorū suoꝝ et confessionē et remissionem et dei grā et eternā gloriam acquirere que amiserant per pccā sua: ita fecit magdalena. vt habetur luce. vii. Et latro qui suspēsus fuit a dextris dei. vt habet᷑ luce. xxiii. Pretere a illud patet per h° ꝙ si rex francie vel īperator mortuus esset et anima eius esset in iferno vel purgatorio: ipse libenter daret omnē possessionē auri et argenti et totū imperiū suū si posset vt haberet vnā horā ad peccata sua cōfitendū et ad penitentiā agenduꝫ. Certe de tempore cōmisso cuilibet christiano in die iudicii oportebit reddere rōnem qualiter expensum fuerit. vnde dicit in psal. Cuꝫ accepero tempus ego iusticias iudicabo. Et treñ. i. dicit᷑ Ipse vocauit aduersum me tempus ¶ Tercium est de cogitatōnibus prauis et peruersis. vnde sapi. i. In cogitatōnibus prauis interrogatō erit in die iudicii. propter quid tales cogitatōes et peruersas etiiquas. et ratio erit quoniā praue cogitatōes separāt a deo qui est vita anime sicut hētur sapi. vi. Qr ipse īterrogatōes et cogitatōes nostras scrutabit᷑. Quartū est de verbis ociosis. vñ math. xii. De oī verbo ocioso qd̄ locuti sunt hoīnes reddēt rōnē in die iudicii. vñ hiero. dicit ꝙ verbū ociosum est quod dicitur sine vtilitate loquētis āt audiētis. et eccle. vlti. Cūcta que sunt sub sole adducet dominus ad iudicium. etiam verbū ociosum ignorāter prolatū dicit glo. Certe si oporteat iesu christo reddere rōnē de verbis ociosis multo fortius oportebit ei ratōneꝫ reddere de mendaciis ⁊ stultiloquiis et iuramētis et detractōnibus pessimis. et hoc est qd̄ dicit᷑ sapi. i. Qui loquitur iniqua non poterit latere nec preteriet illum corripiens iudiciū. ¶ Quintum ē de omnibus factis nostris. vnde apostolus ro. xiiii. Omēs stabimus ante tribunal christi scilicet in die iudicii vt iudicandi tunc ibi vnusquisque nostrum pro se rationē reddet. Non ergo amplius inuicem iudicemus. et in simbolo

anastasii dicitur. Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis et de factis propriis reddere rationem. et qui bona egerunt ibunt in vitam eternam qui vero mala in ignem eternū. De omibus istis oportebit nobis omnibus reddere rationem deo in die iudicii que erit illa dies. dies ire et tribulationis et angustie dies calamitatis et miserie dies tenebrarū et caliginis dies turbinis et nebule. vnde habetur sopho. ii. O miseri peccatores (sicut habetur ysa. xi. quid facietis in die visitatōnis domini delongiquo venientis ad cuius auxilium fugetis cui gloriam dereliquistis. tunc dicet sapi. v. Pugnabit orbis terrarū contra insensatos terre. custodiamus gᵒ bene bona nobis a dō tradita ⁊ agamus pniaꝫ dū tempus hēmᵒ vt possimus deo bonā rōneꝫ reddere de villicatōe nrā. qꝛ post mortē nō erit tempus pnie. vnde dicitᵣ hic. iam nō poteris villicare et agere pniam post mortē. sequitᵣ et quid faciā cū amotᵒ fuero a villicatōe (quasi dicat) miserrimᵒ pctōr quid dicā aut quid faciā post mortē: cū nil boni perferā ante tātū iudicē. qui iudex ē iustus et prudēs ⁊ fortis psal. Deus iudex iustus fortis et patiens. itē testis est apoc. i. Iteꝫ sicut hēt iob. ix. Sapiēs est corde et fortis robore. ibidē. Sed si fortitudo querit robustissimᵒ est tanꝙ potēs iudex: si equitas iudicii nemo audet pme testimoniū reddere. sed si iustificare me volo os meū dānbait me. Et homo cū venerit cōtēdere deo scꝫ i iudicio nō poterit ei vnū reddere pro mille. i. principiū pfectōis pro cōsummatōe. idō agamᵒ pniaꝫ dū possumᵒ et hᵒ est qd̄ dr eccl. ix. Quecūꝙ pōt manus tua instanter operare qꝛ nec opus nec ratio nec prudentia nec sapientia apud īferos qᵒ tu pperaris veiet. et certe illis qui non bonā rōnē reddent in die iudicii de villicatōne: nec hic egerūt pniam dicet christus illō math. xxv. Ite maledicti in ignē eternū. Et illis qui bene rationē reddēt de bonis suis ⁊ de villicatōe sua: ⁊ qui libēter hic egerūt pniaꝫ. illis dicet christus illud mat. xxv. Venite benedicti in regnū pris mei ⁊c. Illud regnū nobis cōcedat christus amen.

Dominica. xi. sermo. xliii.

[V]idens iesus ciuitatē fleuit sup illā ⁊c. lu. xix.
¶ In isto euāgelio notāda sūt quatuor q̄ fecit christus. Primū ē q2 sup ciuitatē sc3 ierusalē fleuit.
Secūdū e q2 vēdētes et emētes de tēplo eiecit. ¶ Terciū ē q2 oñdit ad quid factū ē tēplū sc3 ad deū orādū. et hoc notatur cū dicit. domus mea domus oratōis ē. ¶ Quartū ē q2 predicauit. quod notatur cū dicit. erat ihesus quottidie docens in tēplo. ¶ Primū ē q2 fleuit. Et notandū q2 dñs ihesus dicitur ter fleuisse. ¶ Primo q2 fleuit sup lazarū vt habetur io. xi. ¶ Secūdo fleuit vt hētur hic sup ciuitatē iherulem ꝓpter peccatorum cōpassionē ⁊ ꝓpter penā ciuiū iherusalē et ꝓpter ciuitatis destructionē q2 destructa fuit a romanis: vel quoniā ciues eius crucifixerūt ibi dñm nostrū iesum christū. vñ dicitur. venient dies qñ circūdabūt te inimici tui romani. dicit glo. interli. et coangustabunt te ⁊c.
¶ Tercio fleuit in cruce. de isto fletu dicit apost. hebre. v. prece supplicationū fūdens q2 ad deū qui posset eū saluū facere a morte cū clamore valido et lachrymis offerēs exauditus ē pro sua reuerētia. In primo fletu fleuit nostram miseriā. In secūdo nostrā stulticiā. In tercio nostrā culpā
¶ In primo fleuit nrām miseriā qñ fleuit ad sepulcrū sup lazarū fetidū. et hoc dicit btūs hiero. sup hūc locū. nō fleuit lazarū mortuū: s3 rediuiuū cōpatiēs illi ad presentis vite miseriā reuersurū. et augu. sup hūc locū. nō plorauit christus eo q2 mortuus erat lazarus: sed q2 cogebatur eū resuscitare qui ad hanc vitā lachrimabilē esset rediturus cogebatur per preces sororum et vt populuū circūstantē ad fidem instrueret. istam miseriā bene videns beatus greg. dicit. puer natus nō loquitur et iam ꝓphetizat. ¶ In secundo fleuit nrām stulticiā sc3 qñ fleuit sup ciuitatē iherusalem: ipse fleuit stulticias ciuiū iherusalē iactātiū in operibus suis pessimis. vñ dicit glo. q2 s̄m historiā semel fecit hic. modo per electos suos in ecclesia facit plāgēdo reprobos qui nesciūt cur plangūtur sed exultant in rebus suis pessimis qui si damnationē suā preuiderent: seipsos cū electorum lachrymis plangerent. et hoc est quod dicitur.

Ihesus ter fleuit

Si cognouisses tuam ruinā q̄ eueniet fleres. q
ultas dicit glo interli ¶ In tertio fleuit nostra
agonia cōstitut⁹: et factus ē sudor eius tāq̄ gu
nis decurrētis in terrā vt habe^r luce. xxiii. videns ihesus
ciuitatē 2c̄. sicut dicit btūs greg. oīs christi actio nostra ē
instructō. sicut christus fleuit ita nos debem⁹ flere. ¶ Et
q̄tū ad nrām instructionē ad pn̄s duo pn̄t hic cōsiderari.
Primū ē ꝑpter quid aīa fidelis dz hic in vita ista flere.
et h° pōt notari cū dr. vidēs ihūs ciuitatē 2c̄ ¶ Scdm̄ ē ad
h° ꝙ debeat flere quid dz in se cognoscere. et h° notat^r cū
dicit. qr si cognouisses ⁊ tu fleres. quia iherusalē visio pa
cis iterpretat^r per iherusalē quelibet aīa fidelis intelligi
tur q̄ debet habere pacē ad deū p pniam et ad ꝓximū per
verā caritatē. et inter carnē et spūm p carnis mortificatio
nē. talis aīa ē ciuitas iherusalē i qua christus libēter p su
am grām habitat. qr sicut dicit^r in psal. in pace factus est
locus eius 2c̄. et sapi. xxiiii. in ciuitate sanctificata simili
ter requieui et in iherusalē potestas mea 2c̄.

Flere debet aīa septē de causis.

Et sciendū ꝙ aīa fidelis ad exemplū christi debet flere
et septē sunt p quibus dz flere. Primū est pro peccatis
propriis. de hoc dicit dn̄s ioelis. ii. cōuertimini ad me in
toto corde vestro in ieiunio et fletu 2c̄. Conuertimini ad
me dicit christus qr sum agnus dei qui tollit pctā mon
di ex toto corde vestro p verā dilectionez et ardorē totius
cordis. et hoc ē quod dicit^r deut. vi. dilige dn̄m deū tuuz
ex toto corde tuo et ex tota mēte tua et aīa tua. Sequit^r
in ieiunio cōtra tētatōes carnis et fletu et plāctu p pec
catis ꝓpriis. Propter tria debet aīa fidelis ꝓ peccatis su
is flere. Primo qr p peccata sua ihesum creatorē suū dul
cissimū reliquit et illū ad iracūdiā contra se ꝓuocauit. ie
iere ii. vade et vide qr malū et amarum est te relinquisse
dn̄m deū tuū. et timorē domiī nō esse apud te. et deu. xxi.
vbi loquit^r aīe peccatrici. D eum qui te genuit dereliqui
sti oblitus es domini creatoris tui. vidit dn̄s et da iracū
diā cōcitatus est 2c̄. Si aliqua ancilla paupcula esset de

sponsata filio regis francie: si eũ offẽdisset ⁊ dereliquisset et etiã in ignominiam sui sponsi scortata esset bñ deberet flere multomagis dꝫ flere aĩa peccatrix q̃ ꝑ peccatũ suuꝫ derelinquit christũ spõsum suũ filiũ regis celestis cui de sponsata fuit in baptismo. ❡ Scdm ẽ qꝛ ꝑ pctã sua ad eter nã mortẽ se obligauit. vñ ro. vi. Stipẽdia peccati mors scꝫ eterna. et eze. xviii. aĩa q̃ peccauerit ipsa morietꝰ scꝫ morte culpe et morte pene eterne nisi prius añ mortẽ penituerit. ❡ Tercium est qꝛ per peccatũ suũ regnũ celoꝝ scꝫ hereditatẽ suã amisit: si diu steterit in peccatis suis cũ culpa et pena. vñ. i. cori. vi. nolite errare qꝛ iniqui regnũ dei non possidebũt nec fornicarii ydolis seruiẽtes nec adulteri nec molles nec masculoꝝ cõcubitores nec fures nec auari nec ebriosi nec maledici nec rapaces regnũ dei nõ possidebunt. et ad ephe. v. hoc sciant intelligẽtes qꝛ nec fornicator nec immũdus nec auarus quod est ydoloꝝ seruitus habebunt hereditatẽ in regno dei et christi. Si ista bñ cognosceret aĩa peccatrix q̃ accidunt ei ꝑ peccata sua deberet flere ꝑ illis. ❡ Certe si ipsa cognosceret ⁊ cogitaret quo modo inimici eius scꝫ demones circundabunt eam in mortem bene deberet flere quia sicut dicitur in isto euangelio. Veniẽt dies in te et circũdabũt te inimici tui scꝫ demones et coangustabunt te scꝫ o aĩa peccatrix aĩas hominum circũdabũt demones in morte sicut habetur in vita beati martini. similiter dyabolus sup brachiũ crucis christi sedebat vt animã recipet in ihebennã ignis in quo maculã nõ inuenit. vñ io. xiiii. venit princeps mõdi huius et in me nõ habet quicquam. Maria magdalena qꝛ peccata fleuit et lachrymis pedes domini rigauit et qꝛ eũ ardenter dilexit: dñs ei peccata dimisit. vt habetꝰ luce. vii. Flere gᵒ debet quelibet aĩa peccatrix ꝑ peccatis propriis. et non debet gaudere de illis sicut stulti faciunt: vere tales sunt stulti. sicut dicitur sapi. vii. cor sapiẽtis in tristicia. cor aũt stultorum in leticia. et eccle. ii. risum reputaui errorem et gaudio dixi. quid frustra deciperis ❡ Iste risus et ista leticia cõuertetur in tristiciam errorẽ et in fletum

vñ prouer. xiiii. extrema gaudii luctus occupat. et amos. viii. dies vestri cõuertũtur in luctũ et lamẽtatione. ¶ Secundũ est pro peccatis alienis. ita faciebat iere. ix. dicẽs. quis dabit capiti meo aquã et oculis meis fõtẽ lachrymarum vt plorẽ sup iterfecos populi mei. ita deberet q̃libet anima fidelis facere. q2 si quis videret ꝛ cognosceret proximũ suũ ducere ad patibulũ vt suspenderetur plorar et. g° multomagis debet quilibet fidelis flere pro ꝓximo suo quẽ per peccata sua trahit quotidie dyabolus ad infernuꝫ et deberet eũ eruere ꝛ liberare de patibulo inferni orationibus deuotis ꝛ lachrymis. et hoc est qd̃ dicitur puer. xxiiii. erue eos qui ducũtur ad mortẽ ꝛ qui trahũtur ad interitũ: liberare nõ cesses. vere de peccato alioꝝ nullus debet gaudere. et hoc est quod dicitur puer. xxiiii. cũ ceciderit inimicus tuus ne gaudeas et in ruina eius ne exultet cor tuũ: ne forte videat dñs et displiceat ei. et auferat ab eo iram suã. et iob. xxxi. si gauisus sum ad ruinã eius qui me oderat et exultaui ꝙ inuenisset eũ malũ. hec ẽ iniquitas maxima et nequicia cõtra deum altissimũ. ideo nullus debet gaudere de peccato alioꝝ vel de malo: sꝫ potius flere. sicut faciebat sctũs iob. xxx. flebã quondã sup eũ qui afflictus erat p peccatuꝫ p vel aliud malũ. et cõpatiebatur aĩa mea pauperi. quia bene paup est q̃diu manet in peccato qui deũ amisit qui est oĩa in omnibus. ¶ Terciũ est de recordatiõe passionis. vere nõ est aliquis qui bñ cogitaret q̃ et quãta ꝑ nobis omnibus cristus in cruce sustinuit quis nõ deberet flere. ad illud cognoscẽdum et videndũ monet nos iere. treñ. i. o vos oẽs qui transitis per viam attẽdite et videte ꝛc̃. et berñ. dicit. respice mortalis pro te datur hostia talis. agnosce q̃ nobilis est anima tua ꝛ q̃ grauia sũt tua vulnera pro quibus oportuit dñm nostrũ iesum christum vulnerari scꝫ in manibus et in pedibus et in dextro latere de lãcea militis. et sicut dicit btũs hiero. quis põt transire siccis oculis qui respicit ꝙ lancea militis trãsfixit latus saluatoris. et de fletu dominice passionis vt habetur in psal. ad vesperum scꝫ passionis demorabitur fletus: et ad matutinũ scilicet resurrectiõis leticia. et io. xi.

Amen amē dico vobis quia plorabitis et flebitis vos. mūdus autez gaudebit. glo. Plorabitis et flebitis me ociso de quo inimici gaudebunt. de istis tribus quelibet aīma fidelis debet flere. ¶ Quartum est de morte deuote orationis. de hoc specialiter debent clerici flere ⁊ prelati ecclesie. et maxime religiosi. de isto fletu. ii. regū. i. Planxit dauid planctum huiuscemodi super saul ⁊ super ionathā filium eius ⁊c. Per dauid qui interpretat*r* manu fortis: quilibet prelatus vel religiosus significatur. qui debz esse fortis in bonis operibus et in caritate christi. et debet flere super saul et super ionatham id est super mortē deuote orationis. Saul interpretatur petitio et significat orationem in qua petitur via eterna. vnde psal. Vnā pecii a domino hanc requiram ⁊c. Jonathas interpretat*r* orationū luctus. per hoc significatur deuotio orationis q̄ oritur in oratione. ¶ Flere super saul et super ionatham ē flere super deuotōnē oratōnis que hodie fere mortua ē in mōtibus gelboe. gelboe interpretat*r* aceruus p[illegible] mōtibus. i. in eminētia vite per superbiā. et in a[illegible] uiarū. i diuitiaz abundātia et deliciaz carnis. [illegible] dixit eis dauid dicēs. Mōtes gelboe nec ros gr[illegible] uia doctrine sancte veniat super vos vbi ceciderut fortes israhel. i. o vos religiosi: et o vos prelati ecclesie videntes deū per verā fidē et verā cognitōnē et cōtēplatōnē. flete super saul qui iduebatur coccino abiectus ē clipeus saul. i. clipeus oratōis qui nō erat vnctus deuotōe. ¶ Quituz pro persecutione militantis ecclesie matris. vnde iohelis xiii. dicitur de hoc fletu. Inter vestibulū et altare flebāt sacerdotes et ministri dicentes. Parce domine parce populo tuo. et ne des hereditatē tuā in opprobriū gētibz et mat. iii. dicitur ꝙ filii israhel iudei. i. viri iusti deū per verā fidē vidētes et eū vere cōfitentes viderunt sanctificatōnē desertā. i. sanctā ecclesiā. sciderūt vestimēta eius et plāxerūt plāctu magno. ¶ Sextū est pro amissione caritatis. de hoc dicit*r* gen. xxxvii. vbi dicit*r* ꝙ cuz cognouisset iacob ꝙ tunica filii sui essz dixit. Fera pessima deuorauit filium meuz ioseph. cissis vestimentis indutus est cilicio

lugens filiū suum multo tempore. Joseph interpretatur augmētū rei et significat caritatē que augmētat oīa bona in hoīe. et hūc ioseph. i. caritatē fera pessima. i. inuidia vel cupiditas vel bestia vel luxuria deuorauerunt: sʒ de hoc debʒ flere bonus iacob. i. vere penitēs supplantās vere vicia. et luctans fideliter cōtra mūdum carnē et dyabolū. ¶ Septimū est de recordatōe patrie celestis. ⁊ iste fletus debet esse deuote oratōnis et etiā proprie cōtemplatiuorꝝ. de hoc fletu pōt bene dici illud quod dicitur in psal. Super flumina babilonis illic sedimꝰ et fleuimꝰ ⁊c. syon i. patrie celestis vbi videbimꝰ deuʒ facie ad faciē. sic hētur i corin. xiiii. Videmus nūc per speculū in enigmate: sed tunc facie ad faciem. tūc omnes isti fletus conuertentur i gaudiū et in consolatōnem eternā. vnde lu. vi. Beati qui nūc fletis quia ridebitis. et mat. v. Beati qui lugēt quoniā ipsi cōsolabūtur in eterna gloria. ad illam nos perducat iesus christus amen.

¶ Dominica xii. sermo. xliiii.

[illegible]uo homines ascenderūt in templum vt orarent [illegible]onus phariseus ⁊ alter publicanus ⁊c. lu. xviii. [illegible] Propter hꝰ debent omnes homines ascēdere et ire ad ecclesiā que est templū dn̄i vt ibi orent non vt vendāt vel vt rumores audiant. quia luce. xix. dicitur ꝙ dn̄s iesus ingressus in templū cepit eicere vēdentes et ementes ab illo dicēs. Domus mea domus orōnis est ⁊c. Ibi debent omnes fideles veire et deū fideliter orare et deuote. et talis oratō ab angelo offertur deo. vn̄ thob. xii dixit angelus ei. Quādo orabas cū lachrimis obtuli oratōnem tuā dn̄o. dicit gꝰ duo hoīes ascenderūt ⁊c. In hoc totali euangelio non sunt nisi duo notanda. In primo reprobat superbiam pharisei. In scdo cōmendat pietatē et humilitatē publicani. In duobus reprobatur superbia pharisei et in illis peccauit duobꝰ moīs. Primū fuit in hꝰ ꝙ iactauit se in hꝰ ꝙ se a pccō custodiebat. et hoc notatur cū dicebat. Nō sum sicut ceteri hoim rapaces iiusti et adulteri. Scdm fuit qꝛ iactauit se de bonis que faciebat. vnde

ipſe dicit ieiuno bis ī ſabbato.i.in ebdomada.decimas do
ꝛc. Non peccauit qꝛ iſta faciebat:ſʒ qꝛ de illis ſe iactabat
In illis duobʒ oñdebat ſe iuſtū:et duas ptes iuſticie que
ſunt declinare amalo et face bonū ſe habere iactabat.iſta
duo tenet² quilibet iuſtus face: ſed de illis nō dʒ ſe iacta
re.vere pꝛiº debet quilibet iuſtus ſe cuſtodire ab illis pec
catis tribus a quibus cuſtodiebat ſe ille phariſeus ſicut
dicebat a rapina ab iniuſticia ab adulterio:hoc ē ꝙ nō ha
beat rē cū vxoꝛe aliena:niſi cū ꝓpꝛia.et iſta tria notāt² cū
dicit. Non ſum ſicut ceteri hominū rapaces iniuſti ꝛ adul
teri. Propter tria dʒ ſe quilibet iuſtus coſtodire a pecca·
to rapine. Primū eſt qꝛ qui aliena rapit ſemꝑ hic ꝛ in fu
turo in egeſtate erit.vñ ꝓuer.xii.alii diuidūt ꝓpꝛia et di
tioꝛes fiūt. alii aliena rapiūt et ſemꝑ in egeſtate ſunt: et
hoc nō eſt mirū.qꝛ tales ſecū nō habēt deū: immo eū dere
linquūt qui eſt fons tocius boni. ſʒ ſicut dicit btūs aug.
qui deū habet et oīa habet cum ipſo.et qui eum nō habet
pauꝑ eſt:et immundus et cecus et miſerabilis.ſicut habe
tur apoc.iii. Secundū eſt qꝛ rapinam deus odit.vñ yſay.
xliii. Ego dñs amans iudiciū et odio habui rapinā. Iſtud
peccatū odio hñt omēs ſancti: qꝛ multi raptoꝛes deuorāt
plebē domini ſicut eſcā panis. vt habet² in pſal. et ipſi ex
coꝛiant paupes chꝛiſti.vñ marc.iii.habetis odio bonum et
diligitis malum qui violenter tollitis plebē et carnē deſu
per oſſibus.pelles hominis vocantur bona tpālia eius.qꝛ
ſicut ſine pelle ꝓpꝛia non poſſet homo diu viuere:ita nec
ſine tēpoꝛalibus bonis ſuis qui aufert ei et rapit eius bo·
na:ipſe quaſi occidit eum.et ideo dicitur eccle.xxxiiii. pa
nis egentiū vita coꝝ qui defraudat eum homo ſanguinis
eſt:qui aufert deſudanti panem quaſi qui occidit eū ꝓxi
mū ſuū. Tercium eſt qꝛ rapiēti aliena dñs eternam dam
nationē mittit yſa.xxxiii.ve qui pꝛedaris cum cōſumma·
ueris damnationem pꝛedaberis;coꝛpus deuoꝛabitur a ca·
nibus qꝛ raptoꝛes et fures nō ſunt digni vt ſepeliēt² in ec
cleſiis benedictis.vnde iere.xxii. ve qui edificat domū ſu
am in iniuſticia nō plangent eum ve frater ve ſoꝛoꝛ ve do

